

*Poštnina za kraljevino Jugoslavijo  
v gotovini plačana.*

# **BOGOSLOVNI VESTNIK**

---

**IZDAJA**

**BOGOSLOVNA AKADEMIJA**

**LETO XI**

**ZVEZEK I**

**LJUBLJANA 1931**

# KAZALO.

(INDEX.)

## Razprave (Dissertationes):

- Turk, Breve Pavla V Tomažu Hrenu z dne 27. nov. 1609  
(Breve Pauli PP. V ad episcopum Labacensem Thomam Hren  
datum V. Kal. Dec. MDCVIII) . . . . . 1
- Odar, Kazen za sokrivce po cerkvenem pravu (De poenis  
pro correis iuxta codicem iuris canonici) . . . . . 33

## Praktični del (Pars practica):

- Religioznost apostola Pavla. — J. Ujčić . . . . . 61
- Odloki sv. stolice: 1. Molitev za odpustek, ki se dobi »toties  
quoties« pri obisku cerkve. — 2. Prekinjen noviciat. — 3. Če  
diakon deli sv. obhajilo. — 4. O sprejemu pozakonjenih v  
semenišče. — 5. Sv. penitenciarija in verniki vzhodne Cer-  
kve. — 6. Popolni odpustek za oficij opravljen pred najsv.  
zakramentom. — F. U. . . . . 70

## Slovstvo (Literatura):

### a) Pregledi:

- Georgija Skolarija zbranih spisov III. zvezek (F. K. Luk-  
man) . . . . . 72

### b) Ocene in poročila:

- Godišnik na Sofijskija Universitet. VI (1928/29) (F. K. Luk-  
man) 82 — Murko, Die Bedeutung der Reformation und  
Gegenreformation für das geistige Leben der Südslaven (J. Turk)  
83 — Roberti, De delictis et poenis I (V. Močnik) 85 —  
Kniewald, Pastirsko bogoslovlje I (F. Ušeničnik) 89.

## Razno (Miscellanca):

- Teološko in religiozno gibanje v Nemčiji (J. F.) 93 — Književne  
beležke (Lkn.) 96.

## BREVE PAVLA V. TOMAŽU HRENU Z DNE 27. NOV. 1909.

(Breve Pauli papae V. ad episcopum Labacensem Thomam  
Hren datum V. Kal. Decembris MDCVIII.)

Ob tristoletnici smrti Tomaža Hrena.

Dr. Josip Turk — Ljubljana.

### II. Del: Dokumenti.

V tem delu prinašam dokumente, ki jih citiram v razpravi. Ponatisnjeni so bolj kot priloge, ki naj potrjujejo vsebinsko pravilno izvajanje razprave, kakor pa kot samostojna formalna izdaja. Tu objavljena Stobejeva pisma je izdal jezuit Lombardi l. 1749 po rokopisu, ki mu ga je dal na razpolago Sigismund pl. Gallenberg. Zal, da Lombardijeve izdaje ne morem revidirati na podlagi rokopisnega gradiva, ki bi ga bilo treba šele iskati in naknadno pregledati z novimi stroški in žrtvami. Za originale tu objavljenih Stobejevih pisem je treba vpoštevati v prvi vrsti borgežanski arhiv. Koristna bi bila tudi ugotovitev, ali in kje so se ohranili originali vseh papeških brevov, ki jih priobčujem iz originalnih registrov. Najdišča in značaj rokopisov sem pri vsakem dokumentu naznačil v registru. Kakor je razvidno že iz dokumentov in iz njim pripadajočih registrov, sem nekatere objavil celotno, druge pa stvari primerno le deloma. O obdelavi objavljenih tekstov je treba pomniti sledeče:

Tekst pod št. 1. je nespremenjen povzet po Loserthovi izdaji. Za ponazoritev razmerja originalov (=O) do prepisov konceptov, oziroma originalov, ki jih nahajamo v fasc. 157, 39 kapitelskega arhiva v Ljubljani (=F), oziroma v Hrenovem škofovskem zapisniku Vol. II. Primi Protocolli Pontificalium (=P) v škofijskem arhivu v Ljubljani, sem rabil znake O, F, P. Kjer sem skušal tekst emendirati, sem to na doličnem mestu izrečno pripomnil, ne da bi posebej omenil poprave očitnih napak. Radi pomanjkanja koničastih oklepajev v tiskarni sem za lastne vstavke v tekstu rabil oglate oklepaje in sem vanje postavil vstavke v kurzivnem tisku. Pravopis velikih, oziroma malih črk sem skušal čim bolj poenostaviti, z interpunkcijami pa čitanje teksta olajšati; pripomnim, da sem „u“ na primerjih mestih nadomestil z „v“, „C“ v Calend. pa s „K“. Okrajšane besede sem večinoma izpisal. Točke ( . . ) v Stobejevih pismih so povzete iz Lombardijeve izdaje, sicer pa značijo, da se stavek še nadaljuje. Zaradi pregleda sem tekste razdelil na odstavke.

## Št. 1.

1598, 12. avgusta. Ferrara. Nuncij Hieronim Porzia poroča avstrijski nadvojvodinji Mariji o ovirah proti potrditvi Tomaža Hrena za ljubljanskega škofa.

Kopija. Stajerski deželni arhiv, Oberndorf. Loserth, Akten und Korrespondenzen zur Geschichte der Gegenreformation in Innerösterreich. I. št. 427 v Fontes rerum Austriacarum II. zv. 58 str. 290.

Aus Ferrara den 12. Augusti a. 1598.

Was das bisstumb Laybach anbelangt, ist zwar nicht ohne, wie ich selbs bekennen mues, dass ein sonder notturfft were, damit das arme stift, so alberaith ein iahr verledigt, seinen hirten und vorsteher hat. Ich für mein person hab den herrn Khrön alzeit für ein frombe person und meinen gueten freundt gehalten, wolte ihme auch so gern das und ein mehrers vergunnen, als E. F. D<sup>t</sup> ich warhaftig versichern kan, dass von E. F. D<sup>t</sup> und dero geliebten sohns wegen ich alhie das meinig treulich geleistet, damit er Khrön auf die erlangte praesentation zu bischoven bestättet kündte werden. Dass es aber bishero nit geschehen, kan ich nit dafür und solle E. F. D<sup>t</sup> uber die ihme, herrn Khrön, fürgeworfne difficulteten von meines gewissens wegen ich nicht verhalten, weil I. B. H<sup>t</sup> mich zu der mir anvertrauten Nunciatur allergn. furgenomben und verordnet, dass ich mich allzeit beflissen, dieselb also zu führen und zu verichten, wie einem ehrliebenden gottsfürchtigen mann zustehet und ich es gegen gott und I. H<sup>t</sup> zu verantworten wisset, dahin schliessent alles, das so mir amtswegen furkomen, ich dasselb alles nit allein in der eng und geheimb gehalten, sondern auch alles vergessen, diss hab ich nit allein mit aufrichtung der process, so mir von Laybach zu formirn auferlegt worden, observirt, sondern bey beydigung und examinierung der zeugen ist mein auditor und mein notarius oder schreyber, welche beede beydigt und I. H<sup>t</sup> geschworn, gewesen: was nun die zeugen wegen des Khrön und des stifts Laybach ausgesagt, das ist alles treulich vermerkt, der process auch verbetschiert, I. H<sup>t</sup> zuegeschickt worden, und mag mit der wahrheit schreiben, dass ich mich nit zu erindern wais, was darinnen stehe, als wass ich von dem herrn cardinal Paravicino, der den process referieren solt, vernomben, dass darinen wider den Khrön solche oppositiones stehen, darumben er schwerlich confirmirt kan werden.

Uber diss alles aber kann E. F. D<sup>t</sup> ich auch nit verhalten, dass der herr patriarch von Aglern hochgedachten herrn cardinal Paravicino, mir und andern gesagt, er habe in seiner gehaltenen Craynerischen visitation befunden, gemelter Khrön sey oft und vill maln in frauenklöstern zu Michelstätten und Münkhendorff gewesen, mit den nunnen geessen und tanzt und ein mehrere kundtschafft, als sich gebürt, gehabt, habe darumben wider ihne der gebüer nach procediert, und für excommunicierten erklhárt, und unangesehen er

solliche ungebuer dem vorigen herrn bischoff von Laybach angezaigt, und ihme gwalt, ihme, Khrön, von der excommunication zu absollvieren, geben, so wäre er doch nie absolviert worden, dass ich bey also geschaffnen dingen nit weis, ob er, Khrön, die confirmation erlangen würdet khönnen oder nicht, was ich aber von E. F. Dt wegen darunder helfen khan, wiewoll es schwärlich sein wierdet, will ich an mir nichts erwinden lassen, dass übrig alles befilch ich gott dem allmechtigen, der weyss, daß ich in sachen sonsten nichts für augen gehabt als sein göttliche ehr, und die wolfahrt derselben khirchen. Es ist neulicher zeit in der cardinal consistorio wegen des bisstumbs Triest ein zweyffel entstanden, woher nemlichen dass hochlöbliche hauss von Österreich denselben bischoff macht einzusetzen und zu presentieren, aus aigner fundation oder aus überlufferten rechten, welliches ich theyls bey villen cardinaln defendiert, wurd aber dennoch nit unratsamt sein, sollichem zu guottem gewissens, gerechtigkeit, und reputations erhaltung nachsuchen zu lassen. Ich vermein gleichwoll, es werde solliches privilegium vom babst Pio dem andern diess namens herkommen sein, dan derselb ein bischoff zu Triest gewest, welliches herr canzler aus dem archivio, so dergleichen sachen beschreibt, zu erfahn. Undterdessen solt durchaus kein praeiudicium erfolgen.

*Na hrbtu tega pisma je Hren lastnoročno pripisal, da je to pismo*

D. Hieronymi comitis de Portia Veneti tempore suae electionis Episcopatum Labacensem ambientis (una cum D. Ursino Berthis episcopo Tergestino) sed interim a Summo Pontifice Clemente VIII. ad Episcopatum Adriae promoti. Idem D. Nuntius fuit meus consecrator assistentibus sibi <sup>Rmis</sup> Martino Seccoviensi et Georgio Laventino episcopis, 12. Sept. 1599.

## Št. 2.

**1606, 4. novembra.** *Rim. Pavel V. priporoča avstrijskemu nadvojvodu Ferdinandu novega nuncija Salvaga.*

*Vatikanski tajni arhiv: Arm. 45, t. 2, fol. 114v — 115r; originalni register. V tem zvezku je še 22 brevov, s katerimi priporoča Pavel V. Salvaga različnim osebnostim.*

Exigebat ratio aequitatis, ut potestatem aliquando faceremus venerabili fratri episcopo Adriensi recipiendi se ad suas ovculas post tam longos labores in munere Apostolici Nuncii hactenus cum pietatis atque prudentiae laude susceptos. Cum autem cuperemus ei sufficere aliquem, qui huius Sedis negocia pro officii dignitate atque gravitate gerere posset et nobilitati Tuae aequae ac Adriensis episcopus extitit gratus acceptusque foret, elegimus ex praelatis Nostris domesticis et assistentibus venerabilem fratrem episcopum Lunensarzanensem, virum pium, prudentem probatisque moribus atque

Št. 2. *Glej v razpravi št. 20.*

doctrina et in rebus gerendis dexteritate atque industria singulari et qui ex primaria Genuensium nobilitate, ex Silvagorum videlicet familia ortus, propensione naturali, qua fere Genuenses omnes inclytæ Austriacæ domui addicti sunt, nobilitatis Tuæ apprime studiosus est. Hunc igitur Nostrum et huius Sanctæ Sedis Nuncium Apostolicum modo mittimus ad Te . . .

### Št. 3.

**1607, oktober.** *Hrenov lastnoročni zapissek o vizilaciji nunciija Salvaga.*

*V Hrenovem koledarju za l. 1607. Kapiteljski arhiv v Ljubljani: fasc. 96, 5. Ob robu celega meseca oktobra stoji pripisek: Nuntius Apostolicus fuit Labaci et visitavit nomine Pauli Papae V. Potem sledi na zapisniški strani:*

Reverendus Nuntius Apostolicus et visitator dominus Joannes Baptista Salvagus, episcopus Lunae et Sarzanae, 14. Sept. Graecio discessit. Misimus ei Oberburgo equos 15 usque Slavigraetium; insumpsimus ad 100 fl. Occurrimus ei in finibus dioecesis Nostrae.

Nota bene. 1. Noluit rogantibus Nobis exhibere potestatem sive litteras commissionis suae papalis; dicebat se non teneri; reverendo Patri Christophoro Mayer, cancellario, ostendit<sup>1</sup>.

*Ob robu:* Lib. 1. decretal. de offic. et potestate jud. deleg. c. Si quando clerici<sup>1</sup>.

Nota bene. Non habet nec minimum sacerdotem deponere, episcopos autem et praelatos debet tantum fraterne monere de iis, quae ad aures Papae devenerunt<sup>1</sup>.

2. Urbaria petiit Slavigraecensis parochiae sibi exhiberi. Prohibuimus nomine principis.

3. Monachum e Novo Claustro, multis sceleribus infamem, qui pueriliter et scurriliter se habuit erga canonicos, ad sordes colligendas eduxit. In mensa obiecit ad summum 2 sacerdotes hactenus in visitatione fuisse repertos caelibes. Secreta examinis revelavit.

4. In episcopum hinc inde inquisivit et violenter, sicut reverendus Philippus Morzina dixit.

5. Per eundem schaedas ad valvas ecclesiae volebat Labaci in episcopum, praepositum, decanum, canonicos, sacerdotes affigere.

6. Cathedram iussus ascendere, ut populum evocaret ad conquerendum de supradictis personis.

7. Choleram et minas ostendit erga Patrem cancellarium, etiam cum excusarem curatum in Aspa.

Omnes patriarchales curatos, cooperatores, parochos, etiam archidiaconum Camnicensem Labacum ad se venire per cursum visitationis suae direxit et vocavit, ubi etiam eos ex curia episcopali expedit.

Št. 3. *Glej v razpravi št. 49, 56.*

<sup>1</sup> *Tu se opomba konča.*

Nota bene. Styffter Mareytschensis<sup>2</sup> tortus in publico carcere, pecuniae ab eo acceptae ad pios applicandae usus domino decano traditae. Fassus est nequam suam nequitiam et deceptiones. Trireribus addicetur<sup>1</sup>.

Pridie vigiliae omnium sanctorum Labaco discessit ad monasterium Carthusianorum in Freydniz, quod visitavit. Deinde in Verhnikam et inde in vigilia dicta mire discessit in pluviis in Adelspergam.

Nota bene. Mansit itaque toto mense Labaci, in sumptibus episcopatus. Nihil contulerunt patriarchales, totum onus episcopatus Labacensis sustinuit<sup>1</sup>.

#### Št. 4.

**1608, 4. julija.** *Gornji grad. V instrukciji za prokuratorja, ki naj bi v njegovem imenu obiskal limina apostolorum, piše Hren na začetku obširnega poročila o stanju ljubljanske škofije tudi o težkočah, ki so se mu delale pri potrditvi njegovega imenovanja za ljubljanskega škofa.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. 57, 17; originalni koncept.*

Deinde Sanctitati Suae demisse significo me, dum gubernacula huius Labacensis episcopatus plane invitus et serenissimi archiducis Ferdinandi absque omni supplicatione mea nuda eius electione adactus et sanctissimo domino Clementi VIII. praesentatus susciperem, illum sane tanquam aerumnarum, miseriarum, laborum et sudorum plenissimum pelagus reperisse. Quamvis de mea persona, cum ante confirmationem ab illustrissimo ac reverendissimo domino Hieronymo comite Portiae, Nuntio tunc Apostolico, processus de more formaretur, a meis aemulis, qui episcopatum hunc ambiebant, varia proponebantur et primus, nisi secundus processus fieret, parum valebat, ita ut Ferariae serenissima archiducissa Maria, quando filiam suam, serenissimam reginam Margaritam in Hispanias duxit, ipsum sanctissimum Clementem Papam VIII. singulari conficiendi huius negotii studio adierit, tamen per gratiam Dei nihil in me, quod Deum vel populum offendere posset aut episcopo esset indignum, repertum fuit, nisi quod ad cumulum aliorum incommodorum hominum quorundam non probe affectis animis debitum ferme quatuor aut quinque millium florenorum, qui ad illos formandos processus expensi sunt, accesserit.

#### Št. 5.

**1609, 23. marca.** *Gradec. Lavantinski škof Stobej se v pismu državnemu tajniku kardinalu Borgheseju brani pred očitkom, da je nespoštljivo govoril o papežu.*

*Georaii Stoboei Epistolae. Venetiis 1749, str. 296 s.*

<sup>2</sup> O njem glej Gruden, *IMK XIX* 112.

Št. 4. Glej v razpravi št. 39, 40, 44, 61.

Št. 5. Glej v razpravi št. 24.

Non sum solitus interpellare magistratus et nunc invitus [*stringo*] calamum. Sed stringere ipsa cogit necessitas. Audio Te mandasse Nuntio Graecensi, quod apud serenissimum principem Ferdinandum conqueri adversum me deberet tanquam de Summo Pontifice parum bene locutum, id quod ipsum iam pridem, ego vero hisce primum diebus summa diligentia perfecisse cognovi.

Prima haec contra me in vita mea querela fuit. Sed quae minus me movet, quam quod a Te tanto viro sum delatus, antequam auditus, et de eo quidem facinore, cuius mihi non sum conscius. Duodecimus iam hic est annus, quod pro serenissimo meo principe locum teneo nec aliud ago, quam quod pro patria, pro religione proque Summi Pontificis auctoritate depugno, et nunc sinistri de ipso sermonis sim reus? Nae sinistre ille locutus est, qui hanc apud Te mihi notam affinxit. Deum vero conscientiamque meam testor me hac quidem in re omni culpa vacare falsoque delatum esse. Testes appello catholicos, quorum causam hactenus defendi, testes<sup>a</sup> haereticos, quos semper oppugnavi. Hi sciunt et testabuntur, quem<sup>a</sup> unquam de christo Domini sermonem habuerim. An maius testimonium requiritur? Sed illud quoque praebebit anteaetiae vitae meae consideratio. Quis enim unquam ullo me vitio notavit? Quid vero de me sanctissimus quondam Clemens Pontifex senserit, ex exscriptis atque hic conclusis ipsius ad me litteris<sup>1</sup> constare poterit. Proferrem et maximorum cardinalium scriptas ad me in eandem rationem epistolas<sup>2</sup>, nisi vererer esse molestus. Quam igitur perfriactae frontis oportet esse nominis mei delatorem! Quem ego, quicumque ille sit, criminis falsi convincam nec dubito dignam aliquando obtreactione sua mercedem esse laturum. Quod ut assequar, unam hanc abs Te gratiam peto, ne grave sit criminatoris mei nomen edere. Quid iustius? Sic me et a falsa calumnia liberabis et aeternum<sup>b</sup> devincies.

Scrpsi summa animi et calami libertate, quae innocentia, quae vitae ratio, quae dignitas mea scribere cogebant, non quieturus, donec iustitiae satisfiat.

Graecio 10. Kal. Aprilis 1609.

<sup>a</sup> corr quam. — <sup>b</sup> Mogoče je stalo v rokopisu in aeternum, pa aeternum ve'lja tudi za adverb in Stobej ga rabi sicer v pismu Lovši (Sloboei Epist., str. 230).

<sup>1</sup> To je breve papeža Klemena VIII. Stobeju z dne 4. novembra 1600 (Sloboei Epist., 96), za katerega se je Stobej zahvalil papežu 1. maja 1601 (o. c. str. 109 s). Zahvalil se je zanj islega dne tudi kardinalu Silviyu Antonianu (o. c. 110 s), papeževemu tajniku latinskih brevov, katerega sedanji papež Pij XI. tako pohvalno omenja v svoji okrožnici o krščanski vzgoji mladine (glej slov. prevod „O krščanski vzgoji mladine“, Ljubljana 1930, str. 53 op. j). Zahvalil se je nadalje nunciju Porziju, ki mu je papežev breve dostavil (o. c. str. 97). Iz teh pisem se vidi, da je bilo razmerje med nuncijem Porzijem in Stobejem v listem času dobro. — <sup>2</sup> Pisma kardinalov Oktavija Paravicinija, Silviya Antoniana in Cintija Aldobrandinija Stobeju glej Sloboei Epist. str. 50, 57, 145, 156.

## Št. 6.

**1609, 28. junija.** *Gradec. Stobej zahteva od kardinala Borgheseja, da mu pove, kdo ga je obrekoval in kako.*

*Georgii Stoboei Epistolae. Venetiis 1749, str. 300 s.*

Dederam ad Te litteras<sup>1</sup> adversus calumniatores, qui me locutionis nescio cuius vitio falso notarunt, quas redditas esse ab amicis cognovi.

Quod autem hoc toto trimestri nihil ad eas responsi fuerit, facile ignosco negotiis, quibus Te etiam obrui, non tantum distrahi scio. Nec tamen propterea a proseguenda iustissima mea querela deterreo, certo persuasus, quandoquidem in gravissimis Tuis occupationibus pro ea, qua es in omnes humanitate, calumniatoribus illis auditum non denegasti, quod gratiam eandem et mihi tandem praebebis, homini videlicet innocenti et de republica deque Sede Apostolica peroptime merito. Hac spe nixus ad Te recurro, iterum fores pulso orans et obsecrans, ne permittas honorem meum iam inde a primis vitae meae annis egregiis facinoribus plurimisque pro patria proque religione sudoribus partum praedam fieri calumniatorum libidini.

Detulerunt me illi. At qui? Quo argumento? Neutrum constat. Nisi quod communis vox est episcopum . . . . olim Nuntium pro insita sua levitate et convitiandi consuetudine primum excitasse, postea vero eiusdem instinctu successorem illius hanc fovisse traegediam, adversum quos, ubi rem totam exactius cognovero, optima armatus causa in aciem prodire cogito.

Quare abs Te peto, ut mihi pro defensione mea et auctores et argumenta criminationis edere ne graveris. Si hoc impetrem, et illorum perfidiam et horum vanitatem sole clarius detegam.

Graecii 4. Kal. Julii 1609.

## Št. 7.

**1609, 23. oktobra.** *Gradec. Stobej sporoča kardinalu Borgheseju, da je zvedel, kdo ga je obrekoval, in opisuje značaj obrekovalcev.*

*Georgii Stoboei Epistolae. Venetiis 1749, str. 310 s.*

Quod multo iam tempore vehementer avebam intelligere, qui nimirum Romae fuissent nominis mei delatores, id nuper a viro principali cognovi, qui nescit fallere.

Cito dicam: alter fuit . . . . episcopus, Nuntius olim Graecensis, alter ipsius in eadem Nuntiatura successor, ita ut nihil aberraverit a vero, de quo nuper scripseram, vulgi rumor. At qui viri! Quorum ego causa, si necesse fuisset, nullum non subiissem

Št. 6. Glej v razpravi št. 24.

<sup>1</sup> 23. marca 1609, glej med dokumenti št. 5.

Št. 7. Glej v razpravi št. 24.

periculum; vicissim apud ipsos quaesiissem in omni mea necessitate refugium. Et tamen ille me ad Te, iste ad serenissimum meum principem sinistralae de Summo Pontifice locutionis detulisse perhibetur.

Quae autem locutio illa fuerit, hactenus me clam est. Sed qualis, qualis sit, uterque falsum detulit. Nam si episcopus . . . illo me vitio notaverat, cur non monuit nec corripuit? Utrumque bonum certe virum decebat. Quod si neutrum facere voluit, qua fronte iam inde ab initio ad ultimum usque Nuntiaturae suae tempus quotidie fere *dulces mecum capiebat cibos*<sup>1</sup> et nunc in praediis, nunc in villis meis illo nullus erat frequentior? Qua demum conscientia, cum Romam hinc discedere vellet, me domi meae valedicendi causa convenit, mea in rempublicam merita commemoravit eorumque se apud Sedem Apostolicam fidelem fore praeconem recepit? Iam si haec culpa est, culpa non minori tenetur dominus Nuntius, qui telam, quam ille exorsus fuerat, studiose pertexuit. Nam et ipse eodem plane tempore, quo saepius tum in aedibus, tum in hortis meis discubuit caeterisque humanitatis et liberalitatis officiis, quibus Nuntios Apostolicos prosequi et honorare consueveram, auctus a me fuit, apud serenissimum meum principem hanc mihi instruxit calumniam. Nec illum relevat excusatio, quod in hoc negotio nihil sua sponte, sed imperata dumtaxat fecerit. Siquidem imperata huiuscemodi non nisi ea lege feruntur, si res delata veritate nitatur. Et hanc Tuam fuisse mentem vel inde constare poterat, quod nec persequi nec damnare volebas innocentem. At falsa fuit delatio, quod superioribus etiam ostendi litteris<sup>2</sup> et dominus Nuntius nisi volens ignorare non potuit. Sunt haec non obscura innocentiae meae testimonia.

Unde igitur delatio? Ex animo, ut levissime dicam, non satis benevolo. Et animus hic unde? Forsitan ex prospero rerum mearum successu non nihil pullulavit invidiae, id quod eo verisimilius videtur, quo uterque mea minus adaequavit merita. Quamquam episcopus . . . . . quamdiu Graecii fuit, semper apud omnes ob levitatis et detractionis vitium minus commode audiit. Sed haec et caetera Tibi iudicanda relinquo, cui fausta precor omnia meque subiicio.

Graecii 10. Kal. Novembris 1609.

### Št. 8.

**1609, 27. novembra.** *Rim. Papež Pavel V. opominja ljubljanskega škofa Tomaža Hrena k vestnejšemu spolnjevanju škofovskih dolžnosti.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. 10, 7; original. Vatikanski tajni arhiv: Arm. 45, t. 5, fol. 80<sup>r</sup> pod naslovom Venerabili fratri episcopo Lubiacensi; originalni register.*

<sup>1</sup> Ps 54, 15: qui simul mecum dulces capiebas cibos. —  
<sup>2</sup> 23. marca in 28. junija 1609, glej med dokumenti št. 5 in 6.

Št. 8. Glej v razpravi št. 73, 77.

Paulus Papa V.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Posuit Nos Dominus in hac eminenti Apostolicae Sedis specula, ut undique prospicientes oviscularum, quas praetiosissimi sanguinis sui effusione ab aeterna damnatione redemit, curam diligentem haberemus.

Ideo, venerabilis frater, pastores, qui Nobiscum vocati sunt ad dominici gregis custodiam, iugiter, ubi opus sit, monemus et hortamur, ut memores sint suscepti ministerii et crebro recogitent exquirendas esse ex eorum manibus animas, fidei illorum commissas; episcopos esse salem a Domino praeparatum medendis peccatorum ulceribus, quibus ovile Christi infestatur; lumen ad oves dirigendas in viam salutis. Graviter igitur peccat, quisquis pastorem curam suscipit et has considerationes negligit.

Haec autem fraternitati Tuae scribimus, quia, cum Tu gregem habeas valde expositum luporum<sup>1</sup> incursionibus, maiori quoque diligentia atque sollicitudine vigiles necesse est. In primis autem studere debes, ut exemplo religiosae atque sacerdotalis vitae Tuae coeteri excitentur inflammenturque zelo divini amoris et aeternae beatitudinis. Nos certe vehementer desideramus haec audire de Te graviterque dolemus, quod nonnulli aliter loquantur.

Itaque Deum oramus, ut auxilio suae sanctae gratiae Tibi semper assistat Teque etiam atque etiam hortamur ad munus Tuum recte ac sancte peragendum et fraternitati Tuae benedictionem Nostram apostolicam peramanter impartimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris V. Kal. Decembris MDCVIII., pontificatus Nostri anno quinto.

Petrus Stroza.

### Št. 9.

1610, 20. februarja. Neisse. Stobej piše Borgheseju, da se za dokaz svoje nedolžnosti ne zadovoljuje s kanoničnim očiščenjem, temveč hoče, da se njegova obrekovalca kaznujeta.

*Georgii Stoboei Epistolae. Venetiis 1749, str. 321.*

Recepi tandem ad binas<sup>2</sup> meas, sed ingratum Tuum responsum, in quo praeter benignam clausulam nihil est, quod probem, adeo mixta sunt felle crebrisque spinarum aculeis omnia.

Cum enim mox ab initio litterarum sic scribis: Grata vero etiam fuit repetita purgatio, quae apud insontes non contractae noxae testimonium esse sollet, apud sontes vero a contracta culpa

<sup>1</sup> Mt 7, 15: Attendite a falsis prophetis, qui . . . intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Št. 9. Glej v razpravi št. 25.

<sup>2</sup> Pismi z dne 23. marca in 28. junija 1609, glej med dokum. št. 5 in 6.

syncerae poenitudinis index; deinde cum ait: Utrumque satis animo, qui nescit ulcisci, qui scit omnia condonare — quis non videt his me verbis perstringi reumque constitui?

Ego vero nullius mihi criminis conscius sum nec quidquam omni vitae tempore gessi poenitudine dignum, id quod iam docui tervis<sup>2</sup> ad Te litteris, ut pigeat repetere. Quamobrem nec unquam ultionem timui nec condonationem petii.

Illud dumtaxat iure meo postulavi, ut iniqui mei criminatores iudicio sisterentur, quorum nomina ex ore principis mei accepta nuperrimae meae litterae<sup>3</sup> prodiderunt, et tunc nihil aliud desidero, quam ut iustae meae petitioni sit locus; neque donec id fiat, deponam animo curas. Nimum enim crudelis esset stomachi deglutire et devorare tantam nominis infamiam.

Iam quartum hoc utor scribendi genere et Tuas aures defatigo, non tamen offensam metuo, quin adhuc spe viva fruor, quod tandem et mihi debitas praebebis aures, quas olim meis criminatoribus adversum me presbyterum et episcopum contra apostolicam doctrinam<sup>4</sup> nimium benignas et faciles concessisti.

Nissae 10. Kal. Martii 1610.

#### Št. 10.

**1610, 24. marca.** *Gornji grad. Hren odgovarja Pavlu V. glede na breve z dne 27. novembra 1609 in opisuje položaj ljubljanske škofije.*

*Kop. arh. v Lj.: fasc. 157, 39 fol. 34r—35v; prepis.*

Ihs.

Sanctissime ac beatissime in Christo Pater et Domine, Domine Ordinarie immediate, optime, clementissime!

Post debita beatorum pedum oscula vitam a Domino nostro Christo et victoriae palmam de universis Sanctae Matris Ecclesiae hostibus et gloriam (post plurima faelicium annorum curricula) in caelestibus sempiternam et quidquid praeterea potest peccatoris hominis oratio.

Accepi nuper breve a Sanctitate Vestra per manus illustrissimi domini Nuntii Apostolici ex aula archiducali Graetio transmissum ea humilitate et reverentia, qua par fuit: flexis genibus in observantia et osculo debiti obsequii et magna spiritus aedificatione legens ac relegens doctrinam apostolicam monitaque paterna in loco et virtute Dei excelsi mihi praescripta in benedictionibus.

<sup>2</sup> Pisma z dne 23. marca, 28. junija in 23. oktobra 1609, glej med dokum. št. 5, 6 in 7. — <sup>3</sup> Pismo z dne 23. oktobra 1609, glej med dokum. št. 7. — <sup>4</sup> 1 Tim 4, 7: Ineptas autem et aniles fabulas devita; prim. 2 Tim 2, 16.

Št. 10. Glej v razpravi št. 79. Prepis, ki mu je Hren lastno-ročno pripisal regist: Ad breve Pauli V. apostolicum humilis responsio ac status Ecclesiae Labacensis descriptio 24. Martii 1610.

Vere sanctus et pius *sermo et omni prorsus acceptione dignus*<sup>1</sup>, quo Sanctitas Vestrae paterne (quae est eius dignatio et benignitas) me instruit, sollicitate erigit et armat fortiter adversus luporum ingruentium insultus pro ovium mihi commissarum salute fideli pastu et vigili excubatione in verbo et exemplo vitae sacerdotalis, unde *Christi aedificatio*<sup>2</sup> consurgat.

Pro qua sanctissima instructione et apostolicae benedictionis gratia summa summas item, quas parvitas mea mente concipere potest, Sanctitati Vestrae ago (ut egi agamque, dum hoc fuerit corpusculum) gratias in vera cordis obedientia et profunda vilitatis meae subiectione, ita quod verbum et *mandatum* hoc, quod sanctissimus Christi in terris vicarius, pater, dominus et ordinarius meus immediatus praecepit mihi hodie, erit fixum in corde meo, ut narrem illud filiis in domo mea, ambulans in itinere, dormiens atque consurgens et erit mihi in *signum* ligatum in manu<sup>3</sup> mea et movebitur inter oculos meos inscribamque in limine et ostiis domus mei cordis: ut sit *lucerna* mihi, *lex lucis et via vitae ac disciplinae*<sup>4</sup>, adeo ut iaciam fidenter *sagittam salutis* sub manu *Elisaei* contra *latrunculos Syriae*<sup>5</sup>, ad decertandum alacrius et penitus avertendum virus omne et incursum luporum, gregem et ovile Dei, a Sancta Sede hac Apostolica meae concreditum infirmitati, iterato infestantium.

Quod autem nonnulli sunt, qui loquuntur aliter in piissimis Sanctitatis Vestrae auribus, non in hoc adeo, quasi culpae (quod absit) obnoxius, quam quod pius ille et paternus turbetur animus, abyssu curarum alias et *sollicitudine omnium ecclesiarum*<sup>6</sup> praegravatus, ipse etiam vehementer doleo.

Sed novit Deus, ante cuius conspectum sto, et ipsa testis mihi conscientia in id me studium potissimum incubuisse (ex quo dignata est bonitas eius vocare me miserum et inutilem ad huius episcopatus regimen aerumnosissimum, variis tunc luporum et haeticorum pleni agminibus et circumvallati) inde usque in praesens huic meo angelicis quoque formidando humeris officio passim quam maxime satisfacere pro modulo meo *secundum mensuram donationis Christi*<sup>7</sup> super omnia benedicti.

1 1 *Tim* 1, 15: Fidelis sermo et omni acceptione dignus. — 2 *Eph* 4, 12: in aedificationem corporis Christi. — 3 *Exod* 13, 9: Et erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos et ut lex Domini semper sit in ore tuo. — 4 *Prov* 6, 23: Quia mandatum lucerna est et lex lux, et via vitae increpatio disciplinae. — 5 4 *Reg* 13, 15: Et ait illi Elisaeus: Affer arcum et sagittas; v. 16: Dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Elisaeus manus suas manibus regis...; v. 17: Et ait Elisaeus: Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam...; v. 21: viderunt latrunculos... — 6 2 *Cor* 11, 28: sollicitudo omnium Ecclesiarum. — 7 *Eph* 4, 7: Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Et si reiecti ante decennium lupi ex tota dioecesi mea, si Labacum civitas cum aliis ecclesiis universis ab hoc fermento re-purgatum, ita ut non supersint tot in eo haeretici, quot antea, cum episcopatum suscipere, fere essent catholici, continuatis deinceps per me collegasque meos archiduales commissarios per universum ducatum Carniolae, partim in comitatu Cilleae, inferiori quoque Styria ad Dravum usque fluvium reformationis laboribus, curis, anxietatibus, aerumnis, agonibus et vitae periculis, ut pro fructu ac messe copiosa omnipotenti Deo, qui *fecit virtutem*<sup>8</sup> in manu *parvulorum*<sup>9</sup>, et serenissimo archiduci Ferdinando, cuius pro sua in Deum pietate et zelo in religionem catholicam foventissimo nunquam defuit auxilium, gratias merito agere debeam perpetuas, verumtamen non aliud ex inde (ut mundus solet) in terris retuli praemium, quam acerbissima pernullorum odia, calumniam, persecu-tiones, infamiam, detractiones et vitae insidias, de quibus tamen *me eripuit* et gratia sua consolatur *Dominus*<sup>10</sup>. Neque enim melior sum (tanquam insipiens dico<sup>11</sup>) Patribus sanctis, qui gloriosissime pro vinea Domini Dei Sabbaoth decertantes longe maiora ardua-que magis sustinuerunt pericula. Deo autem bene propitio et gressus meos dirigente non audiet Sanctitas Vestra unquam de servo suo indignissimo et inutuli Thoma merito id eius fieri aut dici: quasi *in* praeceptum aut *reprobum* abeat *sensum*<sup>12</sup>, unde in numero computetur *filiorum Belial*<sup>13</sup>. Sed potius (gratia Dei et beatæ Mariæ Virginis patrocinio ac Sanctitatis Vestrae apostolica hac benedic-tione cor meum dilatantibus) adnitar totis viribus, ut nec ad dex-teram vel sinistram a praescripta sanctae exhortationis formula vacillent aut deflectant pedes mei.

Et si dignatur Sanctitas Vestra fructum aliquem Sui huius Labacensis gregis (Deo duce et authore) recens conversi ac refor-mati benignis aurbus usurpare, haec pro consolatione Sua paterna (nullis meis meritis, sed solius Dei bonitate) spatio decennalis mei pastoratus exculpta oculis humiliter subiicio.

A lupis repurgata et tranquilla sunt omnia.

Synagogas lutheranas tres in variis ducatus Carniolae locis per nobiles provinciae (quorum pervicacia ut maior sic usque huc indomita saevit et manet) pro ministerio a seductoribus exercito aedificatas urgente serenissimi principis Ferdinandi zelo praebitisque mihi subsidiis pulvere subverti disiecique tormentario; quartam ad B. Virginem in Bellen prope Obernburgum, residentiam episcopalem, quintam ad S. Leonhardum in Weyssenfels ac finibus Carniolae Carinthiam versus, sextam in ferrifodinis Cruppaee etiam S. Leonardi

<sup>8</sup> *Judith* 14, 6: videns virtutem, quam fecit Deus . . . — <sup>9</sup> *Ps* 63, 8: Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum. — <sup>10</sup> *2 Tim* 3, 11: quales persecutiones sustinui, et ex omnibus eripuit me Do-minus. — <sup>11</sup> *2 Cor* 11, 23: ut minus sapiens dico. — <sup>12</sup> *Rom* 1, 28: tradidit illos Deus in reprobum sensum. — <sup>13</sup> *Deut* 13, 13: Egressi sunt filii Belial de medio tui —.

confessoris et septimam Labaci ad S. Elisabetham in hospitali civico, lutheranae pestis sedes cum crucis vexillo et processione solemni receptas partim consecravi, partim reconciliavi, prout opus erat, frustra tumentibus atque ira freudentibus in me haereticis.

Libros haereticos e diversis provinciae oppidis ad plaustra complurima diligentissime congestos in foro et loco, ubi iustitia fontes plectit, Vulcano tradidi.

In Petrinia, reliquiarum Croatiae propugnaculo, ex quo Hassan Bassa et Rustan Beius illius aedificatores perierunt et a christianis capta est, ecclesiam sub titulo S. Laurentii martyris, cuius festo in nostrorum venit potestatem (missis magistris et sacerdote linguarum perito ex Collegio meo Mariano, nuper in hac Obernburg et antiqua episcopali residentia anno 1605 pro clericorum huius dioecesis seminario erecto, ad usum et consolationem militum praesidianorum) ex propriis fundavi.

Novem praeterea hinc inde collapsas ecclesias restauravi et cum aliis septemdecim consecravi, quinque solemniter reconciliatis, pluribus adhuc ad consecrandum (quae nunc a fidei populo aedificantur ac reficiuntur) passim residuis. Coemeteria 5 et altaria consecrata 42, campanae ultra 120 novae, erectae cruces in viis publicis 12, parochiae novae sumptibus serenissimi archiducis Ferdinandi constitutae duae, totidem nobilibus haereticis extortae pulsibus lupis praedicantibus. Beneficia complura cum decimis aliisque bonis ecclesiasticis restituta. Porro cathedrali ecclesiae Labaci cum suis sacellis, oratoriis et filialibus et plerisque canonicorum et parochorum aedibus pulchre innovatis, seminarum quoque dioecesanum pro octo scholaribus perpetuum institui et fundavi.

Denique sanctissimi chrismatis sacramento (nunquam intermissis ordinationibus) subinde per dioecesim administrato signatorum numerus ascendit supra millia quadraginta.

Et haec sane Ecclesiae Labacensis (quae est *mutatio dexterae Excelsi*<sup>14</sup>) pro nunc est et apparet facies. Quae deinceps Domino cooperante in hoc agro Labacensi gesta, sata collectaque fuerint, ad pedes Sanctitatis Vestrae pari humilitate et obedientia brevi referam.

Quod reliquum est, procidens rursus ad beatos pedes osculis Sanctitati Vestrae vitam, victoriam, tranquillam et pacatam omnia indignis licet, assiduis tamen precibus apprecatus eidem ac Sanctae huic Sedi me, agones meos et hunc cum clero populoque Labacensem episcopatum aerumnosissimum humillime iterum atque iterum commendans sanctam, paternam et apostolicam Suam benedictionem supplex reposco.

Datae Obernburgi ex solito episcopalis residentiae loco 24. Martii 1610.

<sup>14</sup> Ps 76, 11: haec mutatio dexterae Excelsi.

## Št. 11.

1610, 24. marca. Gornji grad. Hren prosi Pavla V. za pospešitev kanonizacije bl. Ignacija Loyola.

Vat. tajni arh.: *Vescovi*, vol. 19, fol. 69—70; original. Skofjski arhiv v Lj: Vol. II *Primi Protocolli Pontificalium*, str. 279—283; *Hrenov lastnoročni prepis koncepta*, po katerem je izdal tekst *Valvasor VIII 708—710. Kap. arh. v Lj.*: fasc. 157, 39, fol. 36<sup>v</sup>—38<sup>r</sup>; prepis koncepta, ki ga je Hren pregledal. Na originalu so v Rimu zapisali: Ad card. Lanfranco.

Ihs.<sup>a</sup>

Sanctissime ac Beatissime Christi in terris Vicarie, Principis Apostolorum Successor, Pastor Sanctae Romanae universalis Ecclesiae et episcopatus Labacensis Ordinarie immediate, optime, maxime<sup>b</sup>, clementissime<sup>c</sup>!

Post debita beatorum pedum oscula vitam et gloriam, triumphos ac trophaea victoriarum de universis crucis Christi et Ecclesiae<sup>d</sup> hostibus et quidquid praeterea in profunda animi subiectione et obedientia filiali inutilis valet hominis peccatoris oratio.

Non effugit, Beatissime Pater, notitiam eorum, quotquot adspirant capere<sup>e</sup> salutis haereditatem, qualiter eiusdem salutis nostrae Au'hor tanta gratiarum et collata ineffabilis divinae potestatis suae plenitudine sacrosanctam hanc, cui gloriose praesidet, Sedem Apostolicam in terris fundaverit, ut ad eam tanquam salutis portum<sup>f</sup>, fontem salientis aquae in vitam aeternam<sup>1</sup>, recurrere habeant, qui sitiunt animarum tanto pretio redemptarum lucra, coelestia exquirunt et expetunt nominis Dei in hominibus sanctificationem, hoc est, Ecclesiae et fidei sacrosanctae exaltationem et<sup>g</sup> propagationem ampliorem. Atque inde solum censurae sanctae<sup>h</sup> solidumque iudicium et discretio meritorum inter omnes, qui supremo Regi famulantur ac vere Christum colunt, promanat<sup>i</sup> et petenda est.

Sane fidelis vox et omni acceptione digna<sup>2</sup> iam<sup>k</sup> pridem audita est in terra nostra<sup>3</sup> Sanctitatem Vestram sancta advertisse consilia beati Patris Ignatii Lojolae, inclytae Societatis Nominis Jesu fundatoris primi, religiosam sanctamque conversationem, virtutes et<sup>l</sup> spiritum gratiae, quem redolebat, Sua et sacrosanctae huius Sedis aestimatione ac iudicio (ut in Ecclesia Dei populus recens exemplum<sup>m</sup> imitationis acciperet) celebrem reddere, ipsum tamen opus canonizationis ad tempus differre. Hos itaque cogitatus a Patre luminum<sup>4</sup> inspiratos, si quo modo maturius in effectum

Št. 11. Glej v razpravi št. 34, 83.

<sup>a</sup> Ihs om P — <sup>b</sup> maxime om F — <sup>c</sup> clementissime om P — <sup>d</sup> sanctae add P — <sup>e</sup> capere adspirant P F — <sup>f</sup> et add P F — <sup>g</sup> ac P — <sup>h</sup> sacrae censurae P F — <sup>i</sup> dimanat P F — <sup>k</sup> non O F — <sup>l</sup> ac P — <sup>m</sup> exemplum recens P F.

<sup>1</sup> Jo 4, 14: fons aquae salientis . . . — <sup>2</sup> 1 Tim 1, 15: Fidelis sermo et omni acceptione dignus. — <sup>3</sup> Cant 2, 12: vox turturis audita est in terra nostra. — <sup>4</sup> Jac 1, 17: Omne datum optimum . . . descendens a Patre luminum.

exceant, cuncti, qui Deum in *sanctis suis admirabilem*<sup>5</sup> timent ac diligunt, uti semper in votis habuerunt ac tenent, sic laetissima illa nuntia non nisi cum summa spiritus exultatione exceperunt.

Et non immerito inter alios *ego minimus*<sup>6</sup> quoque<sup>7</sup> et una mecum totus iste episcopatus Labacensis, cuius praefatus sanctae recordationis Pater Ignatius pro sua in omnes charitate (qua<sup>8</sup> *omnibus omnia factus est, ut omnes*<sup>7</sup> Christo lucrifaceret) alumnos complures Romae olim instituit et episcopatui huic postea ipse et viro sancto vicem<sup>9</sup> eiusque sodalibus (cum primordia collegiorum inter haereticos et varios<sup>r</sup> persecutores his in partibus iacerent) episcopi quoque impensius erant addicti, prout litterae<sup>8</sup> Ignatianae ad praedecessorem meum episcopum<sup>s</sup> Urbanum, regis Ferdinandi tunc Viennae ecclesiasten et<sup>t</sup> confessarium, pridie Nonas Martii<sup>u</sup> 1554 propria beati viri manu scriptae<sup>v</sup> (quae pro aeterna memoria<sup>x</sup>, thesauro et<sup>y</sup> reliquiis hic diligentissime<sup>z</sup> asservantur<sup>a</sup>) huius benevolentiae, studii ac charitatis mutuae signa<sup>b</sup> clarius evincunt.

Accedit, quod ipse a cunabulis in scholis et disciplina Societatis eiusdem inde usque continuo<sup>c</sup> educatus ab uberibus institutionis eius sanctae ac<sup>d</sup> religiosae, quidquid sum (si tamen aliquid sum: tanquam insipiens dico<sup>9</sup>), habeo eidemque iure optimo ac pia gratitudine acceptum refero<sup>e</sup>.

Sed et a collegio Labacensi (quae est singularis Dei bonitas et<sup>f</sup> providentia) in expurgatione<sup>g</sup> lutheranae haeresis zizaniorum et animarum a fide catholica aberrantium (id quod vel<sup>h</sup> maxime in luporum exterminatione reluxit) continua ac quotidiana reductione<sup>i</sup>, prout etiam tenerae iuventutis inter tam densas antea errorum et<sup>k</sup> ignorantiae tenebras fidei<sup>l</sup> informatione utique copiosissime fructuosa mirifice adiuvor.

Video praeterea spiritum illum pietatis *ad dandam scientiam salutis*<sup>10</sup> et<sup>m</sup> reparationem multorum, beato Patri Ignatio coelitus<sup>n</sup> datum, iam in Carniolae nostrae ducatu atque provinciis istis Deo authore cum zelo ardentissimo reviviscere multumque propagari, adeo ut fides catholica et avita maiorum pietas paulo ante<sup>o</sup> iacentes<sup>p</sup> (ne dicam propemodum extinctae) non resuscitari tantum, sed aliis quoque terris ac<sup>q</sup> principatibus in exemplum ac terrorem<sup>r</sup> glo-

<sup>n</sup> mirabilem *F* — <sup>o</sup> quoque minimus *ego P F* — <sup>p</sup> quo *P* — <sup>q</sup> in vicem viro sancto *P F* — <sup>r</sup> variosque *P* — <sup>s</sup> episcopum *om P* — <sup>t</sup> ac *P* — <sup>u</sup> anno *add P F* — <sup>v</sup> conscriptae *P* — <sup>x</sup> memoria aeterna *P F* — <sup>y</sup> ac *P F* — <sup>z</sup> asservantur diligentissime *P* — <sup>a</sup> reservantur *F* — <sup>b</sup> signum *P* — <sup>c</sup> pie continuo *P*; continuo pie *F* — <sup>d</sup> et *F* — <sup>e</sup> totum *add P* — <sup>f</sup> ac *P F* — <sup>g</sup> expugnacione *F* — <sup>h</sup> vel *om F* — <sup>i</sup> quotidiana reductione ac propemodum continua *P*; reductione continua et quotidiana *F* — <sup>k</sup> ac *F* — <sup>l</sup> fidei *P F* — <sup>m</sup> ac *P* — <sup>n</sup> coelitus beato Patri Ignatio *P F* — <sup>o</sup> antea *P* — <sup>p</sup> collapsae *P F* — <sup>q</sup> et *P* — <sup>r</sup> terrorem et exemplum *P F*; haericorum *add P*.

<sup>5</sup> *Ps* 67, 36: Mirabilis Deus in sanctis suis. — <sup>6</sup> *1 Cor* 15, 9: Ego enim sum minimus apostolorum. — <sup>7</sup> *1 Cor* 9, 22: Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. — <sup>8</sup> *Glej v razpravi op.* 120. — <sup>9</sup> *2 Cor* 11, 23: ut minus sapiens dico. — <sup>10</sup> *Lc* 1, 77.

riossissime reformari, stare ac florere omni dubitatione abstersa conspiciantur<sup>s</sup> passim<sup>t</sup>. Unde cum bellis alia regna ex<sup>u</sup> intestinis haereticorum tumultibus ac dissidio fluctuent et vastentur miserime, pax hic et tranquillitas viget nec apparet hostis in finibus nostris neque audent *fili iniquitatis* ob zelosissimam catholici piissimique principis Ferdinandi vigilantiam ex hac<sup>v</sup> eadem palestra Ignatiana prodeuntem *apponere nocere*<sup>11</sup> nobis<sup>x</sup>.

Porro odium et persecutionum undequaque in familiam hanc Ignatianam saevientium procellae ac turbines (quibus ubicumque locorum sancta<sup>y</sup> catholica impugnatur religio, haec e vestigio cogitur exulare Nominis Jesu Societas) eam singulare Dei donum et<sup>z</sup> fidei esse propugnaculum pie ab omnibus venerandum celebrandumque<sup>a</sup> testantur. Neque solum Germaniae missum partibus, sed Orientis quoque regnis et regionibus atque ipsis paulo ante fabulosis Indorum, Japonum, Sinarum antipodumque gentibus<sup>b</sup> illatum, quas<sup>c</sup> beati Patris Ignatii et eius conversatione<sup>d</sup> sancta filii sociique Patris Francisci Xaverii charitas et succensus pro sanctissimi<sup>e</sup> Nominis Jesu gloria zelus aliorumque de eadem familia operariorum (qui animas suas<sup>f</sup> contempserunt) inexhaustus labor huic Sanctae Sedi Apostolicae<sup>g</sup> *per evangelium genuerunt*<sup>12</sup>.

Haec<sup>h</sup> inter alia innumera<sup>l</sup>, Beatissime Pater, animum permoverunt meum, ut ipse quoque *minimus*<sup>k</sup> Sanctitatis Vestrae servulus inter tot viros vita, dignitate, conversatione<sup>l</sup>, doctrina vel personatu sublimes (velut *abortivus*<sup>13</sup> quispiam vel anser inter olores) has supplices<sup>m</sup> exhiberem<sup>n</sup> preces *per viscera misericordiae Dei*<sup>14</sup> toti mundo in beati Ignatii Lojolae eiusque Societatis, ut praefertur, maximis et copiosissime fructuosis laboribus *orientis ex alto*<sup>14</sup>, meo ac totius episcopatus Labacensis Sanctitati Vestrae<sup>o</sup> immediate subiecti nomine beatis advolutus pedibus, patens manibus supplicique ore ac corde orans, quatenus Sanctitas Vestra pro Sua summa in Deum et sanctos eius in coelo<sup>p</sup> regnantes pietate, sapientia atque exuberanti Spiritus Sancti dono, quibus sanctum<sup>q</sup> illud pectus et Ecclesiae caput regitur, beati huius viri Patris Ignatii singularis praerogativam gratiae, qua fultus non in se ipso tantum religione et sanctitate, sed in toto pene terrarum orbe ac universa Ecclesia Dei fidei ac doctrinae lumine mirabiliter praefulsit<sup>r</sup>; fructum deinde, quem in domo Domini ubertim verbo operatus est et exemplo; catholicae

<sup>s</sup> passim conspiciantur *F* — <sup>t</sup> passim *om P* — <sup>u</sup> et *P* — <sup>v</sup> hac *om F* — <sup>x</sup> nobis nocere *P* — <sup>y</sup> sancta *om P* — <sup>z</sup> ac *P* — <sup>a</sup> cumulatissime *add P* — <sup>b</sup> populis gentibusque *add P F* — <sup>c</sup> quos *P F* — <sup>d</sup> in conversatione *P F* — <sup>e</sup> augustissimi *P F* — <sup>f</sup> propter Deum *add P* — <sup>g</sup> Apostolicae Sedi *P* — <sup>h</sup> sane *add P* — <sup>i</sup> innumera alia *P* — <sup>k</sup> ego *add P* — <sup>l</sup> conversatione, dignitate *P F* — <sup>m</sup> in profunda cordis mei humilitate Beatitudini Vestrae *add P F* — <sup>n</sup> exhiberem *om O* — <sup>o</sup> Vestrae Sanctitati *F* — <sup>p</sup> coelis *P* — <sup>q</sup> sacrum *P F* — <sup>r</sup> fulsit *P F*.

<sup>11</sup> *Ps* 88, 23: et filius iniquitatis non apponet nocere ei. — <sup>12</sup> *1 Cor* 4, 15: Nam in Christo Jesu per evangelium ego vos genui. — <sup>13</sup> *1 Cor* 15, 8: novissime autem tamquam abortivo visus est et mihi. — <sup>14</sup> *Lc* 1, 78.

fidei instituta ad haeticorum iuxta ac<sup>s</sup> exterrarum<sup>t</sup> gentium<sup>u</sup> conversionem salubriter transmissa; multitudinem peccatorum atque<sup>v</sup> errantium per viae saecularis latitudinem male incedentem ad spiritualis vitae rectitudinem tanto studio zeloque revocatam; reverentiam, obligationem ac<sup>x</sup> fidele obsequium, quibus<sup>y</sup> ipse cum sociis filiisque suis Sanctae Romanae Ecclesiae et huic Apostolicae Sedi (quam Sanctitas Vestra, utinam diu, foelicissime gubernat) voto perpetuo sese<sup>z</sup> obstrinxit; porro conversationem dum viveret eius sanctam continuamque corporis afflictionem, qua usque adeo sibi mundum seque mundo reddidit crucifixum<sup>15</sup>, ut vix eum in carne vixisse, sed longum potius constet duxisse martyrium; sed et harum provinciarum, meam meique episcopatus omniumque bonorum erga virum hunc sanctum (cuius spiritu et doctrina imbuti sumus) amorem gratamque devotionem et si quae his sunt similia etc. benigna ac<sup>a</sup> paterna consideratione pensare atque inde toties sancte ac venerabiliter nominatum beatum Patrem Ignatium Lojolam ad maiorem Dei omnipotentis honorem et gloriam ac Sanctae Matris Ecclesiae in filiis Suae Sanctitatis utique exultantis exaltationem, ad inclytae Societatis Nominis Jesu et familiae huius Ignatianae (adiectis<sup>b</sup> in fundatoris patrisque sui canonizatione gloriae stimulis) magnum decus et<sup>c</sup> virtutis incitamentum *signumque in bonum*<sup>16</sup>, ad omnium denique haeticorum, persecutorum et catholicae religionis hostium vel poenitentiam vel confusionem sancta apostolica Sua<sup>d</sup> autoritate canonizare atque illud ipsum opus sanctum, utpote divina praedestinatione solis Sanctitatis Vestrae<sup>e</sup> manibus pie reservatum consummandumque, maturare dignetur. Et firmabuntur plantationes tenerae gressusque parvulorum ad fructus ampliores; congaudebunt angeli, praemia autem Summus *animarum Pastor*<sup>17</sup>, qui est corona sanctorum omnium et *merces magna nimis*<sup>18</sup>, Dominus Noster Jesus Christus, per huius sancti Patris<sup>f</sup> merita et<sup>g</sup> intercessionem reddet Sanctitati Vestrae in retributione iustorum. Amen, amen; fiat, fiat. Amen.

Datae Oberburgi<sup>h</sup> in antiqua et<sup>i</sup> solita<sup>k</sup> episcopali residentia in profesto beatae Mariae Virginis Annuntiatae<sup>l</sup>, 24<sup>m</sup>. Martii<sup>n</sup> 1610.

Sanctitatis ac Beatitudinis Vestrae inutilis quidem et indignus, humillimus tamen et obedientissimus filius ac servus

Thomas, episcopus Labacensis<sup>o</sup>.

<sup>s</sup> iuxtaque P — <sup>t</sup> exterrarum P — <sup>u</sup> gentium exterrarum P. — <sup>v</sup> et P F — <sup>x</sup> et F — <sup>y</sup> quod P F — <sup>z</sup> se F — <sup>a</sup> et F — <sup>b</sup> eidem add P — <sup>c</sup> ac F — <sup>d</sup> Sua om F — <sup>e</sup> Vestrae Sanctitatis F — <sup>f</sup> Ignatii add P — <sup>g</sup> ac P F — <sup>h</sup> Oberburgi F — <sup>i</sup> antiqua et om P F — <sup>k</sup> Mariana add P — <sup>l</sup> in profesto ... Annuntiatae om P F — <sup>m</sup> 17 P F — <sup>n</sup> anno add F — <sup>o</sup> Sanctitatis Vestrae inutilis quidem et indignus, obedientissimus tamen filius ac servus Thomas, episcopus Labacensis, manu sua P; Vestrae Sanctitatis humillimus capellanus et servus in Christo Thomas, etc. F.

<sup>15</sup> Gal 6, 14: mihi mundus crucifixus est et ego mundo. — <sup>16</sup> Ps 85, 17: Fac mecum signum in bonum. — <sup>17</sup> 1 Petr 2, 25: conversi estis nunc ad Pastorem ... animarum vestrarum. — <sup>18</sup> Gen 15, 1: ego ... sum ... , merces tua magna nimis.

## Št. 12.

**1610, 1. maja.** *Rim. V papeževem imenu odgovarja kardinal Borghese Hrenu na pismo z dne 24. marca 1610.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. 157, 39 fol. 38v; prepis. Škofjski arhiv v Lj.: Vol. II Primi Protocolli Pontificalium, str. 284—285; Hrenov lastnoročni prepis. Izd. Valvasor VIII 710.*

Perillustris et reverendissime Domine.

Singularis felicitatis loco duxi ad Vestrae dominationis literas respondere nono Kalendas Aprilis ad Sanctissimum datas, non modo, quod meorum Vestrae dominationi deferendorum officiorum occasionem dari viderem, verum etiam quod Vestrae mihi literae et argumentum laetitiae et pietatis fuerint monimentum<sup>a</sup>. Adderem Suae Sanctitatis de Vestrae dominationis pastoralis cura<sup>b</sup> praeconia, si haec Vestra modestia longius trahi sineret et ni vigil episcopalis sedulitas nullis indiga laudibus, ut excitetur, id omnino prohiberet. Id unum superest, ut Deum exorem, quo dominationi Vestrae ita valetudinem conservet et<sup>c</sup> vires addat, ut quoad vixerit talia semper referat de Ecclesiae hostibus trophaea.

Romae, Kalendis Maii<sup>d</sup> 1610.

Perillustris et reverendissimae dominationis Vestrae addictissimus

Scipio Cardinalis Burghesius.

## Št. 13.

**1610, 1. maja.** *Rim. Kardinal državni tajnik Borghese se v papeževem imenu zahvaljuje Hrenu za pismo, v katèrem je prosil za kanonizacijo bl. Ignacija Loyola.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. 157, 39 fol. 38v; prepis. Škofjski arh. v Lj.: Vol. II. Primi Protocolli Pontificalium, str. 284; Hrenov lastnoročni prepis. Izd. Valvasor VIII 710.*

Perillustri et reverendissimo Domino, Domino episcopo Labacensi.  
Perillustris et reverendissime Domine.

Non magis pia, quam aequa illa dominationis Vestrae postulatio visa est, qua Suum<sup>a</sup> in beatum Ignatium Lojolam religiosum affectum significavit eiusque procul dubio habebitur ratio, cum sibi Sanctus Dominus Noster aequae suffragantem sententiam habeat atque pietatem patrocinantem. Ego porro, qui Suae Sanctitatis iussu ad dominationem Vestram haec<sup>b</sup> scribi curavi, ne fructus tanti sim operis<sup>c</sup> expers, Vestrorum me quoque votorum adiungam comitem atque huiusce negotii curatorem ea plane animi propensione, qua

Št. 12. Glej v razpravi št. 89.

<sup>a</sup> monumentum F — <sup>b</sup> curae F — <sup>c</sup> ut F — <sup>d</sup> Maiis F

Št. 13. Glej v razpravi št. 89.

<sup>a</sup> Suam F — <sup>b</sup> haec om P — <sup>c</sup> operis sim P.

semper grati aliquid facere dominationi Vestrae peroptavi. Quam Deus Ecclesiae Suae servet incolumem.

Romae, Kalendis Maii<sup>d</sup> 1610.

Perillustris et reverendissimae dominationis Vestrae addictissimus  
Scipio Cardinalis Burghesius.

#### Št. 14.

**1610, 7. maja.** *Rim. Jezuitski general Klavdij Aquaviva se zahvaljuje Hrenu za naklonjenost, sporoča, da je oddal Hrenovo pismo papežu z dne 24. marca 1610, in upa, da bo (Hren) dobil zelo milostljiv odgovor.*

*Arhiv jezuitskega generalata: Austr. 2 I 392; originalni register. Kap. arh. v Lj.: fasc. 157, 39 fol. 38<sup>v</sup> — 39<sup>r</sup>; prepis.*

Illustrissimo et reverendissimo Domino, Domino Thomae, episcopo Labacensi, in Christo observandissimo.

Reverendissime et illustrissime Domine, in Christo observandissime.

Plurimam debeo gratiam reverendissimae dominationi Vestrae pro egregio affectu, quem gerere pergit erga nos et nostram religionem, cuius luculentissimum testimonium praeter alia literae ad nos ultimo datae fuerunt; quae proinde mihi pignus erunt et occasio ad gratam voluntatem habendam semper et praestandam, prout occasio dabitur nobis a reverendissima dominatione Vestra.

Pro literis item datis ad Sanctum Dominum Nostrum, ut canonizatio beati Patris Ignatii acceleretur, gratias ago maximas reverendissimae dominationi Vestrae et speramus omnes non ita longam moram interpositam iri ac successus fore ex animi sententia et communi consolatione. Pietas vero egregia reverendissimae dominationis Vestrae non carebit in hac parte merito suo.

Alterae literae, quas dominatio Vestra adiunxerat, reddi iussae sunt et fortassis iam responsum est vel brevi fiet pro negotiorum exigentia. Neque dubium est, quin persona et totus episcopatus reverendissimae dominationis Vestrae sit futurus Suae Sanctitati commendatissimus. In quorum gratiam et obsequium, si quid nos posse videbimur, nutum expectabimus et interim precor omnem cumulum verae felicitatis reverendissimae dominationi Vestrae.

Romae, 7. Maii 1610.

Reverendissimae ac illustrissimae dominationis Vestrae inutilis<sup>a</sup> in Christo servus

Claudius Aquaviva.

<sup>d</sup> Maiis F.

**Št. 14.** *Glej v razpravi št. 87. F vsebuje prepis, ki ga je Hren revidiral in mu pripisal besede: Rescriptum P. Generalis e Societate Jesu ad litteras nostras ad S. D. N. et ipsum datas.*

<sup>a</sup> *Kopist je zapisal inutilissimus, in Christo pa izpustil. Hren je popravil tako, da je simus prečrtal in vstavil izpuščeni besedi.*

## Št. 15.

**1610, 4. septembra.** Rim. Jezuitski general Aquaviva piše avstrijskemu provincijalu Janezu Argentiju, kako naj jezuiti postopajo s Hrenom, o katerem so prispeli v Rim neugodne vesti glede njegovega življenja in pastirskega delovanja.

Arhiv jezuitskega generalata: Austr. 2 I 213; originalni register.

In reverendissimo episcopo Labacensi aliqua desiderari circa bonam curam pastorem et studium aedificationis huc perlatum est et optaretur, ut per aliquem de nostris prudenter et captata bona occasione moneretur, si modo tuto id fieri et cum spe boni successus Reverentiae Vestrae existimarent, alioquin satius esset omnino abstinere et expectare tempus opportunum vel permittere negotium Domino Deo. Si autem spes bona affulgeret, nihil significandum erit, quasi ullum indicium perveniat ex hac Urbe, sed ut res in vestris partibus notata, prout vel fama vel notitia rerum haberetur. Atque in tali casu Reverentia Vestra considerare debet, quinam ei officio prudenter et quiete praestando cum suavitate et efficacia necessaria maxime idoneus iudicaretur. Alioquin, ut dixi, commendandum Domino Deo negotium, qui suo tempore divina sua providentia providebit. Expedi autem non habere cum eo familiarem coniunctionem, ne videamur dissimulando connivere, tametsi debita obsequia et reverentia praestanda semper erunt.

Quod reliquum est, precibus et sacris sacrificiis me commendo. Romae, 4. Sept. 1610.

## Št. 16.

**1610, 6. oktobra.** Rim. Pavel V. predstavi in priporoču nadvojvodu Ferdinandu novega nuncijsa de Ponteja.

Val. tajni arh. Arm. 45, t. 6, fol. 64<sup>re</sup>; originalni register. V istem zvezku je še 19 brevov, s katerimi priporoču Pavel V. de Ponteja različnim osebnostim.

Suffecimus venerabili fratri Joanni Baptistae, episcopo Lunensarzanensi in munere Apostolici Nuncii, quod laudabiliter apud nobilitatem Tuam gessit, venerabilem fratrem Petrum Antonium, episcopum Troianum, praelatum Nostrum domesticum, qui modo cum benedictione Nostra ad Te venit. Ob spectatam Nobis virtutem, pietatem ac prudentiam illius confidimus, ipsum egregie officio suo satisfacturum ac nobilitati Tuae, quod maxime desideramus, fore gratissimum. Est autem vir ut sacerdotalibus virtutibus praeditus, religione, doctrina, zelo divini honoris, ita moribus, quales ingenios decent, ornatus, humanitate, modestia, integritate et in rebus agendis dexteritate atque iudicio non vulgari. Educatus quippe domi nobi-

Št. 15. Glej v razpravi št. 102.

Št. 16. Glej v razpravi št. 20.

<sup>a</sup> V registru stoji prudentiae; možno, da je izpadel kak nadaljnji substantiv.

liter a patre marchione Murconis in pueritia et pie religioseque postea eruditus in adolescentia apud religiosos probosque Dei servos clericos regulares theatinos, quorum pium vitae institutum non solum professus, sed inter eximios etiam concionatores illius ordinis est habitus. Quibus de causis illum Ecclesiae Troianae libenter praefecimus et postmodum legationem hanc ei demandavimus.

### Št. 17.

**1610, 12. novembra.** *Rim. Pavel V. pošilja graškega nunciija Salvaga za nunciija k cesarju Rudolfu II.*

*Vat. tajni arh.: Arm. 45, t. 6, fol. 83v — 84r; originalni register. V istem zvezku je še 29 brevov, ki priporočajo Salvaga.*

Mittimus ad maiestatem Tuam venerabilem fratrem Joannem Baptistam, episcopum Lunensarzanensem, ut Nostrum et huius Sanctae Sedis Nuncium Apostolicum agat. Cum enim venerabilis frater Antonius, archiepiscopus Capuanus, reverti deberet ad Nos cuperemusque ei successorem dare, qui aequae, ac ille fecit, et Nobis et maiestati Tuae satisfaceret, experti episcopi Lunensarzanensis prudentiam atque dexteritatem in eodem munere Apostolici Nuncii, quod summa cum laude nuper gessit per Styriam, Carinthiam et Carniolam, existimavimus eius praesentiam maiestati Tuae fore gratam et operam atque industriam illius communibus rebus tractandis valde oportunam. Est quidem vir ut pietatis zelo, ita animi moderatione atque consilio praeditus, quemadmodum experimento comperies, et maiestatem Tuam naturali propensione observat et colit, utpote qui ex primaria nobilitate civitatis Genuensis ortus augustam Austriacam familiam peculiari observantia atque studio prosequitur.

### Št. 18.

**1610, 13. novembra.** *Gradec. Med drugimi točkami zahteva Hren od nunciija Salvaga, naj pred svojim odhodom iz Gradca napravi vendar že konec grdemu obrekovanju o njem in o njegovih sestri.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. 57, 18; originalni koncept.*

Infamatio pessima episcopi Labacensis et eius sororis germanae ac filiae spiritualis per conversionem ad fidem catholicam, quae dudum per dominum comitem Portiae Hieronymum, episcopum Adriae Nuntiumque Apostolicum, dicti episcopi Labacensis persecutorem, hostem et infamatorem acerrimum ac perpetuum, originem duxit et usque ad aures serenissimorum ipsamque Urbem Romam et ad Sanctum Dominum Nostrum (una moliente comite Ambrosio Turriano, dicti comitis Portiae socio cognato) transvecta est et finem necdum sortita est, ne ad tertii Nuntii Apostolici propagetur audientiam,

Št. 17. Glej v razpravi št. 20.

Št. 18. Glej v razpravi št. 39 op. 70, št. 40, 43, 45, 54, 104, 114.

sed aliquando *iniquitas oppilet os suum*<sup>1</sup> neve succumbat innocens aut episcopale ministerium vituperetur et in fabulam, derisum aut improperium malignantium ultra exeat, petitur infamatorum sub visitatione apostolica descriptorum revelatio, ut confutari possint aut probent infamiam vel, quod iustissimum est, fiat tandem aliquando innocentis absolutio et scripta infamiam hanc gravissimam continentia Vulcano consecrentur, quod ipsum promisit quidem, sed male praestitit comes Portiae. *Ob robu*: Vigilia omnium Sanctorum anni 1605. in conclavi reverendi Patris Villerii.

### Št. 19.

1613, 13. avgusta. Gornji grad. V pismu graškemu nunciju de Ponteju se Hren brani proti obrekovalnim očitkom krivoverstva, preziranja cerkvenih kanonov in zanemarjanja dolžnosti obiska liminum apostolorum.

Vat. tajni arh.: Nunz. di Vienna, vol. 137, akt 14; original.

Ihs.

Illustrissime ac reverendissime in Christo Praesul et Domine, Domine Pater et Patrone colendissime.

Gratiam et gloriam eiusdem Domini Nostri Jesu Christi et Virginis Matris ad stellatum regaleque solium assumptae perennem de coelis benedictionem et quidquid praeterea valet peccatoris oratio pro salute et meorum commendatione obsequiorum.

Fide dignorum relatione percepi apud illustrissimam et reverendissimam dominationem Vestram aemulorum ac calumniatorum meorum livore iterum me graviter esse denigratum; quae res (licet infra episcopi dignitatem sit calumniis malignorum hominum commoveri) eatenus meum pulsavit animum, ne forte praebitis eisdem auribus longius serpat, innocentia concutiatur et fructus boni in Ecclesia Dei per episcopum faciendi pia fraudentur expectatione. Quo nomine illustrissimam et reverendissimam dominationem Vestram rogo humiliter, vitio aut impatientiae ne vertat, quod hisce apologeticis literulis innocentiae candor ac animi conscientia necessario obvertit. Et primum quidem haereticae pravitatis, sacrorum postea canonum contemptus timorisque servilis, quod limina divorum apostolorum visere ex debito obligationis meae reformidem, incusant isti.

Quibus ad haec paucis pro nunc, solide tamen respondeo ac Deum omnipotentem cordis ac renum scrutatorem<sup>1</sup>, ipsam coelorum Reginam, Dominam et Patronam meam optimam, maximam, gloriosissimam Virginem Mariam, angelos et sanctos Dei ac ipsam conscientiam meam testor me ab infantia et prima educatione post susceptum sacratissimum baptismum fuisse, esse ac fore semper catholicum,

<sup>1</sup> Ps 106, 42: et omnis iniquitas oppilabit os suum.

Št. 19. Glej v razpravi št. 33, 114.

<sup>1</sup> Ps 7, 10: scrutans corda et renes Deus.

nullam aliam nec sola quidem cogitatione admisisse nec admissurum unquam religionem praeter illam solum, quam Sancta Romana Ecclesia tradit ad salutem necessariam; adeo ut ex intimo corde rogem Deum totius misericordiae Patrem<sup>2</sup>, ut omnia mihi clementer dimittat peccata ullo unquam tempore a me perpetrata, solius haeresis nefarium scelus non dimittat, amen. Nec potuit malevolorum perversitas maiori me afficere iniuria fateor, quam haeresis labe aspergere. Illam enim semper detestatus sum: fugi, persequer, extirpavi et ad extremum usque spiritum omnes contra eam vires intendam. Scit haec provintia Carniolae, sciunt omnes boni, scit ipsa Romana Curia, cuius in hac re inclytum habeo testimonium<sup>3</sup>. Quapropter horum calumniatorum fidem facile sol ipse vel aura pariter dispellet.

Sacros canones, prout iuramento professus sum aliquoties, sic teneo et, quantum Deo auxiliante humana valebit fragilitas, inviolabiliter tenebo. Quod si autem (quod absit) circa illos *praeoccupatus fuero delicto aliquo*, ecce illustrissima et reverendissima dominatio Vestra tanquam Pater et loco Sancti Domini Nostri, Ordinarii mei immediati, cum facultate Legati de latere Nuncius corripiat me *in spiritu lenitatis*<sup>4</sup> Suae apostolicae. Tales autem calumnias in me, quas exhorreo, ad aures, nisi me prius audito, ne admittat, oro.

Non timui denique, sed optavi Romam ad Sanctae Matris Ecclesiae plenissimae consolationis ubera aliquando venire et sacris locis reverenter infixis oculis devotionem meam explorare. Hoc ipsum Deo duce, ubi commode fieri poterit et tempus constitutum appropriaverit, adhuc indubitanter faciam, praesertim in sacra Lauretana Aede, cui voto obstrictus teneor. Hinc enim secundum Deum et vivo et militiam<sup>5</sup> ingressus sum clericalem, a latitudine viae saecularis abstractus.

Et haec sunt, quae inter ipsa beatissimae Virginis Assumptae (multis millibus peregrinorum huc ex variis locis, terris ac provinciis devotionis causa accedentibus, quibus me pontificaliter subservire et sacrum chrisimatis sacramentum infecto licet morbis ac febribus corpore ministrare oportet) solemnina pro innocentiae meae defensione ad illustrissimam ac reverendissimam dominationem Vestram interim perscribere coactus fui; paratus ubilibet ea fortius factis potius atque operibus, quam verbis in solidum tueri, eandem obnixius reprecans patienter paterneque audiat atque ita esse credat. Cui me meumque hunc episcopatum aerumnosissimum contra insultus malignantium in omni reverentia, obedientia et humilitate penitus commendo.

Ex Oberburgensi residentia, 13. Augusti 1613.

<sup>2</sup> 2 Cor 1, 3: Benedictus Deus . . . Pater misericordiarum et Deus totius consolationis. — <sup>3</sup> *To je breve Klemenca VIII. z dne 11. maja 1602 (Val. tajni arhiv: Arm. 44, t. 46 fol. po novem štetju 127<sup>v</sup>—129<sup>r</sup>). Ta pohvala je bila Hrenu prav tako v tolažbo, kot Stobeju breve z dne 4. nov. 1600; gl. dok. št. 5 op. 1.* — <sup>4</sup> Gal 6, 1: Fratres, et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis . . . — <sup>5</sup> 2 Tim 2, 4: Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus . . .

Illustrissimae ac reverendissimae dominationis Vestrae humilis cliens ac servus in Christo

Thomas, episcopus Labacensis, manu sua.

### Št. 20.

**1613, 16. oktobra.** Rim. Pavel V. priporoča nadvojvodu Ferdinandu novega nunciija Paravicinija.

Vat. tajni arh.: Arm. 45, t. 9, fol. 44r, originalni register.

Successorem decrevimus venerabili fratri Petro Antonio episcopo Troiano<sup>1</sup>, in munere Nuncii Nostri Apostolici, quem multis de causis nobilitati Tuae fore gratissimum omnino confidimus. Is est venerabilis frater Erasmus, episcopus Alexandrinus, a quo Nostras has literas accipies, praelatus genere, virtute, probitate adeo Nobis probatus, ut ei curam illius Ecclesiae committendam censuerimus et ipse munus illud ita hactenus gessit, ut ad hoc novum illi demandandum Nos excitaverit firma spe fore. ut Nobis et nobilitati Tuae apprime satisfaciat. Educatus enim a dilecto filio Nostro laudatae memoriae Octavio cardinali Paravicino, patruo suo, dignitatem Apostolicae Sedis religiose ac prudenter tueri, inclytam Vestram familiam studio et observantia prosequi facile didicisse<sup>a</sup> potuit, sicut a Nobis in mandatis praecipue accepit. . . .

### Št. 21.

**1613, 13. novembra.** Lavant. Stobej poda papežu kratko poročilo o svojem škofovskem delovanju in se spominja težav, ki so mu jih delali graški nunciiji.

Georgii Stoboei Epistolae. Venetiis 1749, str. 366 s.

Expediturus brevi Romam quadriennalis meae dispensationis ergo procuratorem meum sane poteram huic supersedere scriptioni. Verum occasione redeuntis interim in Italiam illustrissimi Nuntii Apostolici, Troiae episcopi, cui Ecclesiae meae status aequae atque mihi est cognitus quique se benevolentia erga me sua litteras et accepturum et redditurum recepit, duxi pretium operae paucula haec actioni illi praeludere.

Initio igitur quid annis illis duodecim, quibus pro serenissimo archiduce Ferdinando locum in his provinciis tenui, apud Ecclesiam meam perfeceram quantumque in universum rei catholicae profuerim, celebris illa per id tempus coepta, etsi non absoluta religionis reformatio loquitur et proximus meus de hac re transmissus commentarius

Št. 20. Glej v razpravi št. 20.

<sup>a</sup> corr didicere.

<sup>1</sup> L. c. stoji v brevu avstrijski nadvojvodinji Ani Mariji: Cum enim absoluto triennio permiserimus venerabili fratri Petro Antonio, episcopo Troiano, ut ad Ecclesiam suam redire possit . . .

Št. 21. Glej v razpravi št. 25, 26.

ostendit. Quo praeterea et illud, quod mei erat officii, reverenter monui, quid adhuc in illa reformatione desideratur, ut grassans etiamnum et pene dominans in his provinciis haeresis funditus tollatur. Quae quoniam satis constare atque curae illis esse, quibus ea cura a Sanctitate Vestra demandata est, non dubito, supervacaneum arbitrator hoc loco repetere. Illud tantum obiter attigisse, ne mihi detur crimini, quicquid adhuc est in illa reformatione vitii, hoc nonnullis malevolis tribui oportere. . . , inquam, et. . . episcopis, tunc Nuntiis Apostolicis. Hi namque soli mihi tunc, cum locumtenentis fungerer officio et serenissimi mei principis auctoritate fretus et ope vellem ac possem praeclare coeptum reformandae religionis negotium pulcherrime perficere, iniquis suis calumniis, quo minus profecerim, impedimento [mihi] fuerunt. De quorum improbitate saepius tum et graviter quaestus fui apud illustrissimum cardinalem Burghesium<sup>1</sup>, qui et mihi benigne quidem respondit. Verum gravioribus abreptus negotiis huic morbo medicinam nullam attulit. Hinc vero est, quod in agro isto dominico plurimum hucusque reperiatur lolii et passim steriles dominantur avenae, quae suffocant sementem Patris familias, ut non possit ad frugem excrescere. Quod quantopere mihi et mea et religionis causa doleat, malo silentio, quam verbo dicere. Sed non propterea sum in obeundo episcopali munere meo segnior, imo, ut ad propositum revertar, usque meis insisto vestigiis adeoque quo pluribus distineor obstaculis, eo magis exero vires, ut functioni meae faciam satis.

Omnis autem occupatio mea triplici hac cura absolvitur, nimirum ut procul a caulis meis arceantur lupi et grex fidei meae commissus sit incolumis; ut ecclesiarum praefecti recte atque honeste muniis suis praesint et vitetur offensio et denique ut populus sedula verbi Domini praedicatione in omni virtutis ac pietatis studio confirmetur; quod praedicandi munus ego singulis diebus dominicis atque festivis antehac obire solitus, nunc obeo quoties valetudo non satis firma permittit.

Atque haec sunt, Sanctissime, Beatissime Pater, quae breviter proxime reddendae dispensationis meae rationi praeludere volui. Quae ut a me reverentissime sunt scripta, ita numini Vestro ne sint ingrata, supplex oro et opto, cui me meamque Ecclesiam omni veneratione submitto.

Lavanti Idibus Novembris 1613.

## Št. 22.

1618, 28. maja. Gradec. Hren spominja jezuita Jerneja Villerja na bridkosti, ki so mu jih prizadevali prejšnji graški nunciji, in mu poroča zlasti o težavah, ki mu jih povzroča točasni nuncij Paravicini.

Kap. arh. v Lj.: fasc. ? št. 27 str. 21; prepis.

<sup>1</sup> Glej med dokumenti št. 5, 6, 7, 9.

Št. 22. Glej v razpravi št. 28. Na čelo kopije je Hren lastno-ročno pripisal: Ad R. P. Barthol. Villerum de Nuntii Apostolici actibus praeiudicialibus.

Optime recordabitur reverenda paternitas Vestra, quibus agitata fuerim exercitationibus per dominos Nuntios Apostolicos (ne vexationes aut iniurias dixerim), et de his omnibus liberavit me Dominus. Sic autem moderno domino Nuntio Apostolico servire ac complacere studui per omnia ita, ut Deo ac conscientia testibus ne in minimo [*quidem*] offenderem. Sed ab aliquot mensibus videns multa nec parva quidem episcopali meo officio, ipsi fundationi, capitulo, statutis etiam iuramento et apostolico privilegio firmatis praeiudicia inferri (quae omnia et singula reverendae paternitati Vestrae, quando huc Graetium<sup>1</sup> per Dei gratiam cum rege nostro serenissimo appulerit, ordine referam), hortatus sum ac per interpositas personas humiliter rogavi, ne faceret, sed si quae in episcopatu meo agenda sive corrigenda essent, instantiam mihi primam ne praeriperet, sed committeret potius mihi, quam aliis, cum hactenus pastoralis meo muneri, visitationibus, ordinationibus, synodis celebrandis non defuerim ulla ex parte.

### Št. 23.

**1619, 22. novembra.** *Rim. V papeževem imenu piše Hrenu kardinal Anton Marija Gallus, da se je graškemu nunciju prepovedalo, na nedoroljen način vmešavati se v zadeve ljubljanske škofije.*

*Kap. arh. v Lj.: fasc. ? št. 41; prepis, ki ima na hrblu lastnoročni Hrenov regest.*

Illustris ac reverendissime Domine.

Ad Sanctissimum Dominum Nostrum allatae sunt amplitudinis Tuae litterae, datae die 14. Octobris proxime elapsi, quas quidem eo maiori animi sensu Sanctitas Sua perlegit, quo vehementius ab amplitudine Tua incuſcantur, quae per Nuncium Sanctitatis Suae Graecii commorantem in istius Ecclesiae eiusque iurium imminutionem factitata esse commemorat. Quocirca eadem Sanctitas Sua ad praedictum eius Nuncium litteras dari iussit, quibus ei iniungit, ut erga amplitudinem Tuam resque ad eius Ecclesiam pertinentes ita imposterum se gerat, ut omnis querelarum materia prorsus tollatur, praesertim vero, ut primarum instantiarum causas ab amplitudinis Tuae curia nullatenus evocet neve [*in*] istius Ecclesiae dignitates aut alios sacerdotes indebite molestiam ferat. Quod ut melius opportuniusque fieri possit, earundem litterarum amplitudinis Tuae exemplum ei transmitti voluit. Eidem vero amplitudini Tuae responderi mandavit, ut ministerium Suum laudabiliter implere pergat ac de Sanctitate Sua omnem paternae voluntatis significationem

<sup>1</sup> *Pismo je bilo poslano »Pozonium versus«.*

**Št. 23.** *Glej v razpravi št. 28. To pismo je Hren dobil v roke 17. dec. 1619, kakor priča zapisek na hrblu: P. tae 17. Decemb. 1619. Z velikim zadoščenjem se je kardinalu zanj zahvalil 6. januarja 1620, kakor priča kopija njegovega pisma tega dne (Kap. arh. v Lj.: fasc. ? št. 27 str. 43).*

sibi polliceatur. Ego vero amplitudini Tuae bona omnia ex animo precor.

Romae, 22. Novembris 1619.

Amplitudinis Tuae illustrissimae ac reverendissimae uti frater studiosus

A. Mar. Cardinalis Gallus.

#### Št. 24.

**1620, 9. marca.** *Gradec.* Hren piše med drugim ljubljanskemu kanoniku Petru Lovši o krivičnem obrekovanju, s katerim so se proti njemu borili njegovi nasprotniki.

Kap. arh. v Lj.: fasc. 9 št. 27, str. 46; prepis.

De insidiis vel infamatione adversariorum non est, quod sim valde sollicitus. Ex ipsis olim et haereticis illa prodiit estque in assumptione mea ad episcopatum et postea in visitatione apostolica (ipso caesare, tunc principe tantum, ad meas preces urgentissimas instante apud illustrissimum dominum Joannem Baptistam Salvagum, episcopum Sarzanensem, et adnitente) sufficientissime convulsa ac confutata. Unde etiam litteras apostolicae absolutionis habeo, quas vidit caesar et mihi victoriam gratiosissime fuit adgratulatus; et post haec suum me esse voluit locumtenentem in excelso regimine, non Ursinum, hanc dignitatem ambitiosissime affectantem. Quare deridendi ac contemnendi sunt potius et, nisi cessaverint diffamare, perquam valide contundendi. Anile etenim est, cum desunt nocendi arma et occasiones, linguae petulantia et nequitia pugnare.

#### Št. 25.

**1621, 22. maja.** *Rim.* Naslovni škof in sufragan krškega škofa Sixtus Carcanus piše Hrenu, da ne more opraviti v njegovem imenu obiska liminum apostolorum, če mu ne pošlje prokure; nadalje piše, naj mu pošlje original ali avtentično kopijo razsodbe, ki jo je proti Hrenovim obrekovalcem izdal nuncij Salvago.

Kap. arh. v Lj.: fasc. 57, 36; original.

Sententiae absolutoriae dominationis Vestrae reverendissimae, cuius mihi copiam dedit, qua illum illustrissimus Nuntius Salvagus per calumniam delatum esse declaravit, vel originale ipsam et eius authenticam copiam habere cupiunt pro sui iustificatione; ideo Vestra reverendissima dominatio statim illa transmittat per dominum Loussam.

Št. 24. Glej v razpravi št. 39, 40, 49, 104, 112, 114. Prepis po Hrenovem naročilu, ker se nahaja v zvezku, v katerem zadene tudi še za njim na Hrenovo pisavo.

Št. 25. Glej v razpravi št. 104.

## Št. 26.

1621. *Hrenovi zapiski o apostolskih vizitacijah ljubljanske škofije v letih 1607—1608 in 1620—1621.*

*Škof. arh. v Lj.: Vol. II Primi Protocolli Pontificalium, str. 261—263; original.*

**Visitatio apostolica totius dioecesis Labacensis iam altera vel etiam tertia.**

Interea et dum in aula fungeremur caesarei locumtenentis officio, dominus Erasmus Paravicinus, Alexandriae episcopus et Sancti Domini Nostri Pauli Papae V. cum facultate Legati de latere in eadem aula et per Superiorem Germaniam Nuntius, in capitulares Nostros ac Nostram primam instantiam (quam tamen illi Summus Pontifex praecepit servare inviolatam) plurima coepit moliri: intrudendo Nobis praeter fundationis ordinem novum praepositum, suum capellanum videlicet Casparum Bobek, hominem versipellem; citando Graetium ipsum decanum, etiam vicarium generalem; causas canonicorum resignationemque praepositurae per Andream Crallium, de quo supra. ex manibus Ordinarii ad seipsum contra sacrorum canonum dispositionem trahendo omniaque sursum deorsum miscendo.

Quod grave praepiudicium episcopali Nostrae auctoritati saepius illatum cum ferre diutius haud possemus, ad Sanctissimum Dominum Nostrum, Ordinarium immediatum, Paulum Papam V. querelam contra Nuntium proposuimus, qui hominem severis litteris cohibuit, mihi autem benigne per cardinalem Gallum, Sacri Collegii et Congregationis cardinalium decanum, respondit<sup>1</sup> iussitque, uti hactenus, ita porro deinceps in episcopali officio laudabiliter pergere ac procedere Nuntii machinationibus papali potestate atque inhibitione suppressis.

Ad haec Nuntius ira et furore ex natura et more Italorum pene in rabiem actus Romae per suos fautores ac patronos, utpote cardinalem Scipionem Burghesium, Pauli Papae V. nepotem (alterum quasi Papam, omnia tunc gubernantem, sed mox a morte patrum Pontificis supradicti cum Gregorius XV. successisset, omni quodammodo auctoritate sua nudatum), egit per varios cuniculos et ambages, ut altera haec apostolica visitatio institueretur, asserendo, ac si summe esset necessaria et, nisi fieret, universa in hoc episcopatu collaberentur, sibi scilicet inanem captando laudem et gloriam, quod in vinea Domini tempore suae Nuntiaturae pro animarum conversione ac salute valide laborasset, Nobis autem inertiae notam inferret odiumque apud Romanam Sedem vel etiam deiectionem ab episcopatu, prout stolide minabatur, conflaret.

Sed Dei benignitate (qua suos tentat quidem, non autem ultra, quam possint sufferre permittit et dat *cum tentatione proventum*)<sup>2</sup>

Št. 26. *Glej v razpravi št. 19, 28, 40, 43, 49, 114.*

<sup>1</sup> *Glej med dokum. št. 23.* — <sup>2</sup> *1 Cor 10, 13: fidelis Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

factum est contra. Summus Pontifex Paulus V., ipsi quoque cardinales, visitationem quidem, ut per reverendissimum Fratrem Xystum Carcanum, episcopum Germanicensem, ordinis Dominicanorum, Gurcensis episcopatus suffraganeum, virum pium et doctissimum, perficeretur, annuerunt bullisque expeditis ipsa visitatio Nobis in ipsam consentientibus in festo sancti Bartholomaei, scilicet 24. Augusti mensis anni 1620 incepta et usque ad festum sanctae Catharinae, virginis et martyris, hoc est, ad 26. Novembris anni 1621 perdurans optime et cum laude episcopi et episcopatus Labacensis totius finem accepit: collecto ad cathedralem Labacum clero universo ibique synodo dioecesana pontificaliter ac sollemnissime per biduum celebrata promulgatisque publice apostolicis constitutionibus iuxta Pontificalis Romani formam. In fine synodi pro ipsum apostolicum visitatorem nomine et loco Sancti Domini Nostri Gregorii Papae XV. benedictione apostolica et plenaria indulgentia datis et concessis cum omnium acclamationibus in organis, timpanis, tubis, campanarum sonitu et laetitia universorum. Affuerunt LX curati sacerdotes exceptis monachis et religiosis.

Sed Nuntius propterea non bene audivit apud Summum Pontificem et Sacrum Collegium cardinalium. Videntes enim livorem illius et animi malignitatem (sic reverendissimus dominus visitator ipse apostolicus Roma rediens narravit) cum alias ad cardinalitiam adspiraret evehi dignitatem, suae fuit spe frustratus ac confusus omnino aliique levioris conditionis viri ipso Nuntio prorsus neglecto in numerum sortemque lecti cardinalium.

Ad eundem plane modum etiam prima apostolica visitatio anno 1607 et 1608 per illustrissimum dominum Joannem Baptistam Salvagum, episcopum Lunensem Sarzanensem et Nuntium Apostolicum (nitente Hieronymo comite Portiae, episcopo Adriae, sub Papa Clemente VIII. Graetii Nuntio, eo quod repulsam ipse in episcopatu Tergestino et Ursinus Berthis in Labacensi obtinendo passi fuissent et exinde odio ac dolore illius repulsae toto vitae suae tempore in me ardebant) peracta fuit. In qua cum magnas adversarii variasque tenderent insidias, in iis tandem deprehensi, victi ac prostrati contabuerunt. Atque sic ubi laqueum mihi interitumque procurare cupiebant, coronam potius gloriae et laudis capiti meo imposuere. Et sic *mentitur iniquitas sibi*<sup>3</sup>. Sic eadem *os suum oppilat*<sup>4</sup> et sic invidus alterius rebus macrescit opimis.

Nota bene. Haec ad maiorem Dei laudem et gloriam patienter perpassi<sup>a</sup>; idcirco huc pro memoria adnotare placuit, constaret ut posteris ac successoribus non omnem spiritum esse ex Deo, licet

<sup>a</sup> *nomreē* sumus

<sup>3</sup> *Ps* 26, 12: Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi. — <sup>4</sup> *Ps* 106, 42: et omnis iniquitas oppilabit os suum.

ovina vel etiam apostolica pelle sive autoritate se tegat, sed iuxta beati Joannis apostoli doctrinam<sup>5</sup>, an ex Deo sint bene probari oportere.

### Št. 27.

**1622, po 14. avgustu.** *V lastnoročnem zapisku o konsekraciji tržaškega škofa Scarlichija se Hren spominja njegovega, prednika Ursina de Berthis.*

*Škof. arh. v Lj.: Vol. II Primi Protocolli Pontificalium, str. 291; original.*

Consecratio reverendissimi Domini, Domini Reginaldi Scarlichii in episcopum Tergestinum in eius ecclesia cathedrali S. Iusto martyri dicata decima quarta Augusti anno MDCXXII. foeliciter.

Cum ecclesia cethedralis Tergestina per obitum reverendi domini Ursini Berthis, ultimi ac immediati eius episcopi et pastoris (toto episcopatus sui tempore annis circiter 24 gesti mihi Thomae, episcopo Labacensi, olim condiscipulo et amico, sed propter huiusdem episcopatus Labacensis, quem affectabat, repulsae ac reiectionis dolorem continuo ac valde graviter infesto. Nam de reverendissimi domini Hieronymi comitis Portiae, episcopi Adriae et Nuntii in aula Graecensi Apostolici Tergestinum episcopatum, insuper Alexandri Reginii in Curia Romana eorundem agentis, praeposituram Eberndorffensem, cui Ursinus tunc praeerat, frustra affectantium, favoribus nimium confisus Labacensem episcopatum spe iam penitus devoraverat. Deo omnipotente aliter ac serenissimis archiducibus Maria matre ac Ferdinando filio scilicet, ut omnia fierent istis irrita disponentibus) fuisset solatio viduata, placuit praefato Ferdinando, electo iam Romano Imperatori ac Hungariae Boemiaeque regi, ad eam sic vacantem venerabilem ac illustrem dominum Reginaldum Scarlichium, praepositum Pisinensem, suum consiliarium, Sancto Domino Nostro Gregorio Papae XV. suis litteris caesareis praesentare, a quo benigne confirmatus (litteris apostolicis anno propemodum integro nefariorum hominum fraudibus occultatis; *ob robu*: Notate caeremonias ac fraudes in Curia Romana hominum malignorum) me Thomam, episcopum Labacensem, maximis precibus sibi in sua cathedrali munus consecrationis episcopalis impendi ex commisione apostolica rogavit et impetravit.

Kritična pripomba o Polidorju Montagnanu. — Novomeški prošt Polidor Montagnana ni bil neoporečen mož; vsaj vedno ne. Njegova usoda je bila precej valovita. Na podlagi dosedanjih študij o Montagnanu pač ni mogoče natančno določiti momente, kdaj je bil po krivici preganjan in kdaj ne.

<sup>5</sup> 1 Jo 4, 1: Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.

Št. 27. Glej v razpravi št. 40, 43.

Vsekakor bi bilo treba gradivo o njem šele zbrati in ga kritično predelati. Slekovčeva življenjepisna črtica nikakor ne zadostuje.

Oglejski generalni vikar Jakob Maraccus poroča, da je bil Montagnana v Ljubljani zaprt v ječo po nepoštenosti obrekovalcev, ki pa so ga pozneje zopet izpustili. Nato je Maraccus od resnih mož zvedel, da je Montagnana postal luteran, se oženil in se omadeževal še z mnogimi drugimi dejanji. Na podlagi takih pritožb mu je generalni vikar odvzel spodnještajerski arhidiakonat, ki pa mu ga je pozneje 1. avgusta 1564 zopet vrnil, ker se je po sporočilih zelo važnih oseb prepričal, da so bile pritožbe krive. Piše mu: *Qua te benevolentia persecutus fuerim, vel ex his litteris facile cognoscere poteris, quas ad te eo tempore dedi, quo Labaci obtrektorum improbitate in carcerem coniectus fuisti, a quibus te emissum fuisse letandum mihi esse censuissem, nisi a gravibus viris te postea haereticum evasisse, uxorem duxisse et alia multa turpia, foeda et profana patrasse, audissem... At cum ... hominum ... gravissimorum literae, quos quidem plurimi facio eisque fidem habeo, te catholicum esse testificentur, facile adducor, ut ea credam...* (ZZ 441). Tudi v pismu duhovščini savinjske in dravske doline piše Maraccus istega dne o pritožbah proti Montagnanu in o njih posledicah, ne pove pa, odkod jih je dobil: *Significatum mihi fuit, da je Polidor ad impios et haereticos descivisse multaue alia patrasse, quibus eum archidiaconatu indignum profecto esse iudicavi* (ZZ 443), pove pa, da so ga o njegovi nedolžnosti prepričali štajerski duhovniki: *Tandem factum est, ut a vobis litteras acceperim, quae me ex maximo timore recrearunt. Testificatae nempe sunt id, quod optabam, Polidorum nempe, ut verbis vestris amabilissimis mihique iucundissimis utar, virum honestum, catholicum, diligentem et idoneum esse, de eius vitae integritate adeo vobis constare, ut illi ea in re libenter pareatis eumque a principibus vestris summis et clarissimis virum charum haberi et ad amplissimum sacerdotium electum fuisse... Vestro autem testimonio non credere litterisque uno vestrum omnium consensu scriptis fidem non habere mihi omnino nefas est* (ZZ 444).

Ali so se štajerski duhovniki potegnili za Montagnana res zaradi njegove nedolžnosti? To je problematično. Ko ga

je Maraccus zopet imenoval za arhidiakona, mu je naročal, naj skrbi za reformo po dekretih tridentskega cerkvenega zbora, ki se je končal prejšnje leto: *mitto tibi acta decretaque omnia Tridentinae Synodi, quae a te tuisque omnibus sancte et inviolate servari et cupio et oro* (ZZ 442). A v pismu z dne 10. junija 1565 odgovarja Maraccus Montagnanu: *De conubio clericorum, usu calicis et ceteris, quae scripsisti, in synodo dioecesana... in civitate Aquileiae... brevi deliberabimus* (ZZ 446). Če je bilo o teh zadevah treba na sinodi razpravljati, je Montagnana gotovo predložil o njih kako zahtevo, oziroma prošnjo ali vsaj nasvet.

Tako l. 1565. Dne 9. septembra 1567 je bil Montagnana prezentiran za župnika v Krškem, ki ga je tudi dobil. Za dobo od tega datuma dalje pa imamo neovrgljiv dokaz za Montagnano nevzgljedno življenje. To je njegova originalna oporoka z dne 2. februarja 1602 v novomeškem kapiteljskem arhivu (fasc. X, 40), v katerem stoji med drugim: *Zum andern soviel das zeitlich belangt, nachdem ich mit meiner gewesten ganz getreuen vnnd vleissigen haushalterin, Namens Gerdruth, weilendt Jörgen Goldtschmeditschen gewesten buergers zu Gurkhfeldt ehrlichen Tochttern, auß blödighkeit des Fleisches etlich Khinder erworben... Nato razdeljuje v oporoki svojo zapuščino otrokom od imenovane ženske, ki mu je služila »über dreissikh Jar lang«.*

Dodatek k opombi 119 na str. 307. Slavek »Ab eis... delectat« je povzet iz cerkvenega govora, ki se čita v 6. lekciji rimskega brevirja na praznik sv. Kozma in Damijana dne 27. septembra kot govor sv. Avguština. To nam utegne razložiti, kako si ga je Ziegelfest zapomnil. V brevirju se glasi: »Ab ipsis enim sanctorum martyrum in veritate festivitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solemnitates enim martyrum exhortationes sunt martyriorum; ut imitari non pigeat, quod celebrare delectat.« Govor pa je sv. Avguštinu podtaknjen. *Prim. Migne, PL 39, 2161.*

### Popravki tiskovnih pogreškov.

Prva številka pomeni stran Bogoslov, Vestnika X (1930), druga vrsto, pred črto je napaka, za črto popravek.

254, 18 canonisatione — canonizatione / 255, 4 je — je dalo / 256, 21 rokopisnem — rokopisnemu / 256, 25 idirizzate — indirizzate / 265, 24 Baghesejevo — Borghesejevo / 270, 22 commando — commandò / 270, 24 ad esso — adesso / 271, 28 Ze — že / 272, 12 kakor — kakor hoče / 273, 21 obdolžitev — obdolžitev / 273, 29 zavest — zavist / 273, 38

graškega — graška / 275, 23 besorgten — besorgen / 277, 37 zaželjeno — zaželeno / 284, 19 Porzia — Porzija / 287, 29 michi — mihi / 289, 36 Porzia — Porzija / 290, 4 Porzia — Porzija / 295, 13 volj — volji / 296, 39 fol. 128<sup>r</sup> — fol. 128<sup>v</sup> / 305, 25 insidas — insidias / 307, 15 ozgojo — vzgojo / 310, 32 nova — znova / 312, 9 se — se ga / 317, 15 Reifenstuel — Reiffenstuel / 318, 5 ream — rem / 321, 18 dec. 1615 — dec. 1610 / 322, 12—13 dne 27. febr. 1612 — dne 8. dec. 1614 / 324, 11 macresit — macrescit / 324, 25 et — vel / 325, 3 potibus — potius / 325, 5 tudi — tudi ta.

Pogreški v tem zvezku:

1, 2 nov. 1909 — nov. 1609 / 2, 36 darinen — darinnen / 9, 34 binas<sup>2</sup> — binas<sup>1</sup> / 9, 39 sollet — solet / 9, 43 <sup>2</sup>Pismi — <sup>1</sup>Pismi / 13, 26 seminarum — seminarium / 14, 8 Ad — Al / 17, 39 Sanctitatis — Sa. ctitatis / 21, 16 successorum — successorem / 29, 23 suae — sua / 30, 12 cethedralis — cathedralis.

## KAZEN ZA SOKRIVCE PO CERKVENEM PRAVU.

De poenis pro correis iuxta codicem iuris canonici.

*Dr. Alojzij Odar.*

**Summarium.** — I. In legislationibus statalibus et apud doctores iuris criminalis variae quaestiones de concursu in delictum non aequali modo solvuntur. Specifico caractere poenarum latae sententiae iudicem excludentium postulante quaestiones de poenali responsabilitate concurrentium in delictum maioris sunt momenti in iure canonico quam statali.

II. In fontibus veteris iuris canonici principia generalia de concursu in delictum iuxta optimas disquisitiones cl. Hinschii et Hollweckii desiderabantur. Controversiae variae praesertim quoad quaestiones ad poenas latae sententiae pertinentes apud doctores inveniuntur.

III. Codex prima vice in historia iuris canonici criminalis principia generalia statuens studuit determinare influxum causalem. Moderna statales legislationes et contra in concursu in delictum aliae naturam omnino independentem a delicto patrato aliae omnino accessoriam vident. Can. 2209 nec non 2231 explicantur. De quaestione, utrum incurrat poenam latae sententiae concurrens in delictum principalis ante effectum secutum poenitens. Quomodo determinetur poena pro concurrentibus principalibus, cum non sint capaces poenarum in codice contentarum.

### I. Uvod.

Že v svetnem kriminalnem pravu je eden najtežjih problemov presojanje o kaznivosti in kaznih za udeležence pri kaznivih dejanjih.<sup>1</sup> Vsakdanja skušnja uči, da je takih udeležencev pogosto prav veliko; nekateri sodelujejo pri deliktih bolj direktno drugi manj, prvi so v ožji in očitnejši zvezi z zločinom kakor drugi. Čut pravičnosti se kljub vsemu pozitivizmu v kazenskem pravu upira načelu, da bi bil kaznovan samo oni, ki je zločin dokončno izvršil, in da ne bi kaznen zadela tudi njega, ki je nemara izvršilcu zločin naročil ali celo ukazal zlo-

rabeč svojo oblast in je torej v resnici glavni, četudi le moralni avktor zabranjenega dejanja. Po drugi strani se pa zdi zopet preveč mehanično in tudi ne povsem pravično, če bi čakala vse, ki so na kakršenkoli način, bodisi še tako oddaljen, sodelovali pri zločinu, enaka kazen, dasi so težave pri določanju posameznih stopenj sodelovanja napotile v zgodovini že marsikakega zakonodavca, da je določil za vse udeležence enako kazen.<sup>2</sup> Umljivo bo zato, da sta svetna kazenska zakonodaja in teorija na zelo različne načine reševali omenjeni problem.<sup>3</sup>

